

B. A. H. 89.

H. B. S.

(A 880725)

L. D. B. V.



DISPUTATIO JURIS PUBLI

DE

ELECTORATU

BOHEMIÆ,

Quam

Consensu atq; autoritate Illustris Electorum Ordinis

SUB UMBONE

VIRI

MAGNIFICI, NOBILISSIMI, CONSULTISSIMI

ATq; EXCELLENTISSIMI

DN. WILHELMI LYSERI,

Hæred. in Rabenstein/ &c.

Electi & Antecessoris hujus Academiae Famigeratissimi

Curiae Electoralis, Scabinatus, ac Facultatis Juridicae

Assessoris gravissimi,

Dn. Patroni, Praeceptoris, ac Studiorum suorum Promo-

toris omni observantia & obsequii cultu ac atem

deverandi,

Publicae Eruditorum censurae submittit

CHRISTIANUS FERDINANDUS NICKISCH

von Roseneck / Eqv. Siles.

AUTOR.

In Electorum Auditorio.

Add. Apr. 1676.

25. 11.

WITTEBERGÆ, Typis JOHANNIS SIGISMUNDI Ziegenbeins.

1787
1787

LIBRARIUS PUBLICUS

DE

ELLECTORATU
BOHEMIAE



sim
Ca
m
sce
ess
ne
la
u
fe
m
V
q
si
bu
a
gr
r
C
la

228



P R Æ F A T I O.

Bohemæ Electoratum Academico
Exercitio mihi pertractandum de-
stinavi; Thema & nobilissimum, &
ad me imprimis spectans. Potentis-
simo enim Bohemorum Regi, qui & Augustissimi
Cæsaris fulget dignitate, subditum devotissimum
me profiteor, cuius Majestatem Silesia, quam na-
scendi felicissima sors Patriam dulcissimam mihi
esse voluit, à quatuor seculis Bohemæ incluto an-
nexa regno, adorat, de obsequii gloria sibi gratu-
lans, quæ cum omnibus Austriorum subditis Pro-
vinciis usq; ad eò certat, ut jure palmam dubiam
fecisse videatur. Ardua quidem res est, quæ
multorum fatigavit eorumq; Exercitatissimorum
Virorum ingenia: sed Audaciam armavit Pietas,
quam Patriæ & Patri illius debeo, ut aggressus
sim opus, ingeniumq; exerceam in iis Studiis, qui-
bus Patriæ laus amplissima celebratur. Ut minus
autem satisfecerim argumento, quod pro sua di-
gnitate non pertractaverim, spero tamen futu-
rum esse, ut deficientibus viribus, conatum æquus
Censor approbaturus sit, quem tritum illud non
latebit: In rebus magnis & voluisse sat est.

NUMER. I.

*Bohemia (a) antiqua Bojorum sedes (b) à Sclavis
Duce Zecho (c) occupata, primo Ducatus (d) post
regni (e) nomine insignis, ut habitatores acceperit
Germanos, ita Germanico Imperio subesse cœpit,
(f) Rege ejus Ordinum Imperii Principum & eo-
rum quidem, penes quos potestas eligendi
Cæsaris est adscripto.*

(a) **B**ohemia, s. Bojemia, & Boëmia variè appellatur, teste M. Paul Stransky de Republ. Bohem. c. 1. p. 1. Qvi ipse Bohemus & rerum Bohemicarum præclarus Scriptor, nisi quod suæ genti nimium favens, sæpiùs in Germanos iniquior sit. Id quod summus Vir Herm. Conring. c. 19. de Finib Imp. in eo notat. Complectitur in ambitu suo lapides centum; clauditur ab Oriente Moravia, & parte Silesiæ: à Septentrione quòq; Silesiæ parte, Lusatia superiori, & Misnia; ab Occidente Voitlandia & Palatinatu superiori: à meridie Austriæ & Baviariæ parte, ut videre licet in Cluv. Geogr. L. 3. c. 13. Cingunt illam vastæ Herciniæ saltus. Est alioquin regio omnium rerum ad usum vitæ humanæ fertilissima, argenti ærisq; metallis abundans: quibusdam in locis etiam auri sunt venæ. Thermis saluberrimis celebratissima, ex quibus Caroli balneum germ. Das Karls-Bad ut vulgus vocat optimum; quod Anno Chr. 1335. canis venatici casu, ac pilorum ἐν τῷ ἐξαναζέματι ambustione, hominibus detectum fuisse perhibetur. Leg. iter. Stransk. c. 1. §. 4. p. 6. Prolixius hæc persequi nostri instituti non est, cum ea à Geographis & Topographis tradi soleant: abstinemus ergo jure ne in alienam messem falcem immisisse videamur.

(b) Certum est, Bohemiam antiquissimam Bojorum sedem fuisse, ex & omnibus, qui de Bohemia eruditè scripserunt, cognoscitur, nullos vetustiores hujus terræ incolas fuisse, quam Bojos; quam

quam gentem s. Gallicā s. Germanicam dicas, non aberraveris. Gallos nominat Tacitus, ex antiquis de Germanis optimè meritis Scriptor, quem in Germania c. 28. vid. Tacitum merito omnes sequuntur alii. Id autem tenendum ipsos Gallos Germanos esse; loquor verò de Gallis Celticis, quorum pars & Helvetii fuere, teste Tacito l. c. Hinc eruditissimus in hisce rebus & accuratissimus Goldastus de Bohem. Regno L. 1. c. 1. p. 4. Gallos Germanorum fratres vocat, quod etiam communior opinio fert. Habitarunt enim Boji ab initio in Celtica portione Gallicæ ditionis, ut ex Geograph. Strabon. L. 5. colligitur, qui Bojos genteq; & lingua Gallos fuisse, ac in Gallia cis Alpina s. Celtica, inter Padum & Trebiam, sedes quondam habuisse docet, cum Romanorum armis essent à Julio Cæsare victi, ex iis excessisse, & incinctos Herciniæ Sylvæ campos incolere coepisse. Hac ejectione vero passa, & migratione suscepta, suam sedem multorum annorum cursu in Bohemia stabiliverunt. Sed illa non adeò fixa mansit, quandoquidem Qvadi s. Sqvadi & Marcomanni vel Moravi, Svevica, i. e. Germanica, gens, Duce Marobudo, Viro forti & prudenti (ut eum Oldenburg. Thes. Rerump. P. 4. p. 514. vocat) perpetuis incursionibus illos infestarunt, donec contracti fuerunt, violentiæ istorum cedere: Relicta autem Bohemia, ad Danubium in vicino Norico confederunt, proq; Bojis Bojoari, & corrupta postmodum voce, Bavari vocati sunt, vid. Paul, Stransky, c. 4. s. 1. p. 144.

(c) Pulsi autem sunt iterum Marcomanni à Venetis, qui alias Heneti, seu Slavi, & ut Jornandes vult, quoq; Antii vocantur, qui primum originem trahunt ex Asia, deinde confederunt in Sarmatia, quos non modo historicorum vulgus, sed & insignes alioquin viri haud rarò confundunt cum Vandalis, quem populum Germanicum fuisse, nullum est dubium, utpote evictum jamdudum ab iis, qui in eruendis antiquitatibus suam posuere operam. Reus hujus erroris est Albertus Cranzius, at quantum in historia Septentrionali vir? aliiq; quemadmodum etiam Oldenburger in Thesaur. suo Rerump. P. 4. p. 520. Vandalos Germanicè die Wenden vocat. Enimvero grandem errat errorem: Veneti enim seu Heneti Wenden sunt, quos Slavos etiam, ut modo retuli, vocavimus. Hi Veneti trans Vistulam vixerunt, ut ex historicis rerum Bohemicarum no-

tum est. Duce Czecho (à quo hodierni etiam Bohemi Czechi nuncupantur) & fratre Lecho, primum in Moraviam, incertum quidem, quam magna, sed numerosa tamen cum nobilitatis, tum plebis ignobilis multitudine confederunt, quorum posterior Sarmatiam, quæ utraq; Polonia est, occupavit, prior verò Bohemiam subegit. Durat autem adhuc illa gens, uti & cognominatio, & libentius Czechovve quam Bohemi dici malunt. Stransky c. 10. §. 4. p. 188. Et hic Oldenburgeri observandus est lapsus, qui P. 4. Thesaur. Rerump. Tit. 3. de Bohem. §. 13. p. 520. Slavos ita deletos esse scribit, ut ne nomen jam supersit. Enimvero pace ejus dicam, rem non ita se habere, cum lingua adhuc adsit Slavica, in ipsaq; Bohemia multi ex veteri Slavorum stirpe orti reperiantur. Et nisi solam respiciat Bohemiam, longè gravius errat, nomen Slavorum amplius superesse negans. Intret Ungariam, perlustret Slavoniam, regionem regni nomine insignem, Unde nomen Augustissimo nostro Cæsari ut audiat Dominus auf **Windischenmarck**? Sunt autem, quod notandum, qui Bohemiam non ab Antiquis Bojis vel Bojoaris ita dictam, sed nativis Slavice lingua *Boj* vel *Bojo*, vel a voce *Boi*, quæ pugnam, vel *Bu*, quæ Deum, & *Mur*, quæ virum significat, derivent quasi viros se pugnaces & divinos esse innuant, quæ Æneæ Sylvii Scriptor. Rer. Bohem. diligentissimi, dignitate postmodum summæ Pontif. & nomine Pii Secundi fulgentis, opinio est c. 3. Bohem.

(d) Amplâ illâ regione Bohemia à Czecho Slavorum Ducibus occupatâ, duces longâ serie gubernacula Reipubl. pertractarunt. In quorum Catalogo, quod admireris, reperire est virginem Lybusiam, Bohemorum Sybyllam. Id quod indicio est Bohemiam meretricitiam non fuisse. Quis enim adeò hospes est in Politicis, quæ fugiat, quanto studio in regno, in quo mera viget Electio, Gynæcocratia evitetur, ne, quæ colo tractandæ destinatæ sunt, viris quibus armorum studium incumbit, dominantur? Postquam vero Lybusiæ Imperium muliebri visum fuit cum viris indignum, tum gentibus aliis ridiculum, post multas ultro citroq; disceptationes, placuit omni populo, ut Rempublicam Viri, majori cum majestatis splendore administrarent. Quod etiam factum est, & à Duce Przemyslao usq; ad Vratislaum octodecim duces præter propter numerantur, qui Bohemiæ jura dedere. Primus ab Imperat. Henrico IV

rico IV. & Lusatiam superiorem navatæ adversus Saxones perdu-
elles operæ, Anno 1075. præmium accepisse, & paulò post in con-
ventu Ordinum Imperii Moguntino, seu, ut quidam vult, Herbipo-
lensi, Bohemiæ & Poloniæ Rex factus dicitur Wratislaus. Hoc
autem sublato, regia quoq; exspiravit dignitas & subsecuti sunt sex
Duces, usq; ad Vladislaum, qui ab expeditione Anno 1149. ad ter-
ram sanctam recuperandam suscepta reversus, Friderico Cæsari
Anno 1159. in Insubria adversus Mediolanenses rebelles strenuè ad-
stitit. Quapropter à Cæsare, Ratisbonæ Principum Imperii con-
ventum agente, Rex creabatur, & pro Aquila, Leonem in insignibus
gestandum accepit. Cum eo vero iterum extincta est regia digni-
tas, & interim sex Duces Bohemiæ præfuerunt, donec Przemyslaus
Ottocarus, cognomento victoriosus & aureus, à Cæsare Philippo
in Comitibus Moguntinis regiam dignitatem recuperaret, quo de
Goldastus de Regno Bohem. L. 2. c. 11. §. 14. ait: ubi & Philippi &
Friderici II. Diplomata allegat, dignus qui inspiciatur.

(e) Est itaq; ab hoc Ottocaro verum initium & vera origo
Regum Bohemorum arcessenda, qui continuâ serie ad nostrum usq;
tempus gubernarunt; non tamen sine interregno & discordiis, quæ
sæpius Bohemiam, ad res novas subinde respicientem, obsequi-
quod debebat justis hæredibus, gloriæ oblitam, exereuere. Cum
enim quondam Bohemi Electionis Jus, quo de infra disceptandum
erit, sibi arrogarent integrum, accidebat ut rege mortuo, de novo
Rege contentions serra inter ordines reciprocaretur. Inspiciamus
Historicos, quibus Bohemicorum motuum à multis seculis nar-
ratio refertur, veritatem intuebimur. Ita cum Przemyslaus Ot-
tocarus Secundus ab Imperatore Rudolpho, qui Comes Habspur-
gicus antea, in aulâ ipsius Ottocari vices Mareschalli egerat, Anno
1228. die 8vo Cal. Septembr. victus fuisset atq; occisus, cœpit post
obitum ejus primum interregnum, cum filius ejus ob ætatem gu-
bernaculis regendis minime esset idoneus. Secundum interregnum
sub Wenceslao ebrioso initium suum sumfit, nam morte ejus sta-
tus Bohemiæ bellis civilibus calamitatibusq; horrendis, per annos
decem afflictissimus erat, usq; dum partim vi, partim blanditiis, in-
obsequia sua pellectis potentioribus, ad regni possessionem admis-
sus fuerit Sigismundus, Caroli IV, Imperatoris alter filius Quo fato
functo

functo iterum turbulenta de Rege creando fuerunt comitia. Erant enim qui Vladislai, Jagellonis Poloniae Regis Fratrem Adulescentem Casimirum desiderabant, alii in Albertum Austriae Ducem, Sigismundi Generum, ad quem de Jure pertinebat successio, inclinabant. Adque arma deveniebat controversia, ubi Saxoniae Ducis & Electoris Friderici Bellicosi eminuit studium pro Austriis, quod hereditate quadam ad posteros est propagatum. Adeptus est Albertus regnum, factionisque ad Polonos respicientis, molimina sunt dissipata. Alberti acerbum obitum excepit aliud interregnum, quod usque ad decimum quartum annum aetatis Ladislai, Alberti Caesaris filii postumi, duravit. Ab illo tempore, si quae post Ladislai postumi mortem cum Georgio Podibradio, & post hujus decessum cum Vladislao, qui Polonus erat, acta sunt, excipias, continuas serie Reges absque tumultibus habuit Bohemia, Austriorum benignissimo mitissimoque imperio subjecta. Et quanquam quidam novarum cupidi, Divo Ferdinando II. controversiam movere, & anticipata ipsi regni auspicia facere laborarint, tamen DEO, pro meliore causa stante, vicit Caesar atque triumphavit, & litem, cujus post mentio injicietur, sanguine quidem, attamen non sine Bohemiae emolumento finit.

(f) Bohemiam ad Germaniam jam tum antiquitus pertinere, & portionem ejus esse ex Ptolomaeo, Julio Caesare, Tito Livio Vellejo Patereulo, Plinio, Mela, Justino, Ariano, aliisque Historicis & Geograph. discimus: id quod etiam Cosmas & Dubravius Scriptorum Bohemiae aperte fatentur. Nec obstat incolas istius Slavorum lingua gaudere. Idioma enim illud Venedicum quod a Slavibus, qui ut supra dictum est, Duce Czecho occuparunt Bohemiam habent, non plerisque hodie familiare est, dominante Teutonum generosa lingua. Cum itaque prima origo Bojorum sit Germanica nec omnes excefferint, pulsi a Slavibus, sed in unam cum ipsis societatem coaluerint, ad haec multae Germaniae familiae sese in Bohemiam receperint: Quin Germaniae portio sit & ad Germanos pertineat, non adeo controversum erit; nec moramur, quae in laudem gentis suae, partiū studiose, ductus Stranskyus, alias rerum Bohem non indoctus Scriptor, ut supra notavimus, scribit c. 4. de Republ Bohem. quemadmodum & illa quae prolixissime praecedenti capite summa

summa ope nititur adstruere, Bohemiam nec unquam Germanis paruisse, nec legibus obnoxiam fuisse sacro Imperio. Falsissimum id est, & nunquam firmis adstruetur rationibus, ex solidis historiae principiis desumptis. Qvis enim adeo hospes in historia nostra erit, quem lateat, regnum Bohemiae, aequè ut reliqui Electoratus, Principumq; Imperii possessiones & territoria, Imperii sacri esse feuda, Regesq; Bohemiae Imperatorum Vasallos & Pares Curiae Imperialis, ac juramento fidelitatis & homagii obstrictos esse. Sanè Sole meridiano clarius id elucescit ex Aur. Bull. Tit. 8. & 9. Id quod & ex Constitut. Imper. Caroli IV. de Electione Regis Bohemiae patet, quæ apud Goldast. Tom. I. Constitut. Imperial. Anno 1348. fol. 342. invenitur. Quem in finem legantur quoq; Recess. Friderici III. Imp. Anno 1471. §. 57. & Recess. Maximil. I. sub rubrica wie man mit den Rönigen. Talpa itaq; cœciorem, qui in apertissima veritatis luce caliget, opinor esse, qui non ex tam certis atq; inconcussis monumentis convictus, nostræ sententiæ accedat. Allaborat quidem supra dictus Stransky sententiam suam firmare intercessione Ferdinandi I. Nam cum Anno 1548. post confectum bellum Smalcaldicum, Augustæ comitia haberentur, & antea conventu Wormatiensi ab Ordinibus Imperii Anno 1545. de Bohemis esset consultatum, ut, quia Imperii Germanici essent clientes, in partem ferundorum Onerum publicorum pertraherentur, contributionibusq; pariter cum cæteris Germaniæ incolis, pro rata, uti dici solet, onerarentur, Ferdinandus Rex ut Romanorum ita Bohemorum intercessit, quæ intercessionis formula his comprehenditur verbis: Ob nun gleichwohl / die Königl. Mayest. als ein Rönig zu Böhmen/erliche Land. und Herrschafften der Teutschen Sprach und Zungen/vom Heil. Reich zu Lehen erkennen; so haben dieselben Land- und Herrschafften vom Röm. Reich weder Schutz noch Schlim / Friede noch Recht / sondern seynd von dem Reich Teutscher Nation in ein sonders Reich von Alters her abgesondert/und denselben nicht incorporiret/und also des Reiches Teutscher Nation Bürden / Anschlaggen und Contributionibus nicht unterworffen. Tantum autem abest ut citata Ferdinandi verba, quæ in patrocinium causæ suæ affert Stranskyus, id evincant, cujus gratia citentur, ut potius controversiam spectent onerum, an nimirum regnum Bohemiae tenea-

tur onera Imperii ferre. Quamvis non diffitemur, obliquam fieri mentionem de Bohemia, an extra feudi causam ad Imperium pertineat, frustra tamen exactam & solidam decisionem inde expectabis: qui enim potuisset Ferdinandus I. in propriâ causa fuisse iudex? Tum nondum Imperator, sed ipse Rex Bohemiæ. Firmum itaque ratumq; permanet, regnum Bohemiæ, ut olim, ita adhuc Imperii feudum & partem esse. Non operose de antiquo Imperio Romano, quibus Bojorum & Quadorum Reges subjecti fuere, agemus, id quod Goldastus facit de regno Bohemiæ L. 3. c. 14. p. 372. citans ex Julio Capitolino in Marco Antonino Philosopho Imperatore, cuius hæc sunt verba: *Quadi amisso Rege suo non prius se confirmaturos eum qui erat creatus, dicebant, quam id nostris placuisset Imperatoribus.* Sed quod controversiam superioribus temporibus Bohemi, in Germanum injurii nomen, moverint, à quorum Jurisdictione Bohemiam exemptam esse contendebant, de moderno Imperio Romano, cujus augustum axioma Teutones ornat, sermo est. Huic ab antiquissimis seculis & nunc subjectam esse Bohemiam ab eoq; dependere, ceu feudum à Domino beneficii, provincia à supremo Domino, firmissimis argumentis adducti credimus, imò scimus & defendimus. Instar omnium erit, quæ pro nobis militat ratio, omissis antiquiorum hinc facientibus testimoniis, Vassallagium quod Matthias Hungariæ & Bohemiæ Rex in requisitione investituræ Regni Bohemiæ Imperatori Rudolpho II. Anno 1611. obtulit quod Carpzov. de L. R. Germ. c. 5. Sect. II. n. 16. & per tot allegat: *Dargegen bin ich erbötig/gewöhnliche Gelübde un End zu præstiren/ Euer Kaysersl. Maytt. und dem Heil. Röm Reich umb solche Verleihung getreu/gehorsam un gewärtig zu seyn/Euer Kaysersl. Maytt. für meinen rechten Lehnherren zu halten/und alles zu thun/was einem Erbschencken des Heil. Röm. Reichs zu thun/von Rechts und alter Gewonheit wegen gebühret.* Ne autem quis eradat, destitutos nos veterum testimoniis, non piget unum vel alterum indigitare. De Friderico III. Imperatore Georgium electum Bohemiæ Regem confirmante, & investiente sic commentatur Abrahamus Hofmannus Lufatus, Historiographus Cæsar. in Comment. de Elect. & Coronat. Cæsarian. In Friderico III. fol. 317. *Darauff Er vom Kaysersl. Brieff und Siegel erlanget / in welchem der Kaysersl. bekant / daß Er König*

König Georgen das Königreich Böhmen aus Kaiserlicher Macht
verliehen/ und darauff den Unterthanen verschaffet daß sie Ihn vor
ihren König und Herrn solten erkennen und halten. Huc pertinet
investitura Vladislai Regis Bohemiae, ubi exprimuntur omnia regalia
& omnes regiones suae ditionis mit sambt seinen Marggraff-
schafften und allen Fürstenthümern/ Landen/ Mannschafften/ Herr-
schafften/ Lehnshafften/ Geistlichen und Weltlichen/ Erzen/ Berck-
wercken/ Seleiten/ Wildbahnen/ Weidmanen/ Zollen/ Ehren/ Rech-
ten/ Würden/ Zierden/ hohen und nieder Gerichten/ Gerichtszwan-
gen und allen andern Herrlichkeiten/ Rechten und Gerechtigkeiten die
zu der Cron Boheimb gehören/ zu Lehn zu verleihen/ gnädiglich ge-
ruhen. Et si fortassis illa infeudatio, ut vocant, ejus memi-
nerunt citata diplomata, subjectionem non satis validam demon-
strent: provoco non solum ad Caroli M. ejusq; successorum, Hen-
rici Aucupis & Ottonis Magni tempora, ubi devicti Bohemi & ad
tributum solvendum coacti: Imò Pretislaus Anno 1042. cum consi-
liariis & primatibus Bohemicis provinciam illam fiscum Impera-
toris esse confessus; verum etiam quod ad Caesarum jussa
Reges Bohemiae, ut cæteri Principes Imperii arma expediisse com-
meatuq; juvisse exercitus Imperat. legantur. Sane unde Duces
Bohemorum Caesares German. Dominorum titulo honorarunt?
Cur causam in curia Caesaris dixere citati? Nonne accepere Bo-
hemi inviti etiam à Germanis Caesaribus Duces & Reges? Nonne
necessum fuit, restituta ipsis à Philippo elegendi facultate confir-
mationem exorare à Caesaribus Electo Regi: Quæ omnia latius ex
hist. cap. deduct. vid. ap. Conring. de Finib. Imper. Serm. c. 29. Plur.
quoq; hac de re non attinet scribere, ne videamur agere quod actum
est à Celeberrimis Jctis. Qui delectatur uberiori evolutione circa
hanc materiam, adeat Petr. Heigium P. 1. Quæst. 3. n. 45. Besold.
de Stat. Reipubl. Subalt. c. 7. n. 10. Lehmann Chron. Spirens. L. 5.
c. 74 fol. 575. Schüz. in Colleg. Juris Publ. Disp. 7. Th. 22. lit. E.
Reink. L. 1. Clafs. 4. c. 3 n. 21. Limnæus 3. I. P. cap. 8. n. 22. Martin.
Rummel. in Diss. ad A. B. P. 2. Diss. 1. Th. 4. in Addit. lit. C. Impri-
mis autem Henellum Sil. meæ decus ingens in Breslograph. c. 5. &
Goldast. de Regn. Bohem. L. 3. c. 14. per tot.

NUMER. II.

Quo tempore id quidem factum sit, accuratè satis non liquet (a) nec attinet nunc inquirere, utpote in controversiam de quibus Historicis disputandum est, lite adhuc sub Judice. Illud tamen constat, in veteratam consuetudinem, primum lege Rudolphi Habsburgici, post sanctione pragmaticâ Caroli IV. (b) confirmatam atq; stabilitam fuisse.

(a) **A** Neeps & operosa est Disputatio inter Autores, cum Historicos, tum etiam illos qui Jurispublici tractationem suscipiunt, ad quod tempus origo Electorum sit referenda? Quamquam autem scopi mei jam non sit, prolixius in hanc controversiam inquirere, quia tamen Disputatio de Electoratu agit, paucis nonnulla de ea differere non alienum erit. Errantium autem in hac controversia non exiguus offenditur numerus, & multas sectas enumerare, si necessum sit, possem, de quibus tamen omnibus hic non agam, sed potius benevolum Lectorem ad Ottonis Jus Publicum c. 10. p. 2. 16. remittam. Maximas autem radices egit eorum opinio, qui statuunt, prima cunabula Septemviratus ad Ottonis III. tempora seculiq; adeo decimi exitum aut initium sequentis referenda esse. Ex quorum numero celebres sunt Marquard. Freherus, Rudolphus de Columna de translat. Imper. Abbas Spanheimensis, Cranz. Hist. Sax. Polyd. Vergil. de rerum Juvent. Bellarm. de translat. Münster. in Cosmograph. Albertus de Rosate in Leg. ob Elect. Matth. Steph. de Idict. Pauermeister de Idict. Imprimis Heigius illustr. Qv. Q. 3. seqq. ut & Rulandus Tract. de Commiss. & Commission. P. 2. L. 5. c. 4. n. 18. Nostro autem ævo præclarus est Simon Schardius L. de Princip. Elector. Origine. Deinde alii Originem ejus multo recentioram & in decimum tertium demum seculum

culum conjiciendam censent. Quam sententiam omnes accurra-
tiores sectantur historici, utpote veriores. Id enim certissimum
est, initia Electorum repetenda esse à seculo decimo tertio, à magno
illo interregno, occasione data à Pontifice, id quod probari poterit
ex fragmento Monachi Paduani, & Wiperto, nec non judicio Poli-
tico Historico Actorum Rerum publ. Non autem statim ex hoc col-
ligendum esse arbitror, Papam Septemviratum instituisse, cum an-
sam dedisse tradatur: uti Christophorus Gevoldus in Comment.
de Sacri Romani Imper. Septemviratu nititur evincere, Gregorio
V. Pontifici Electorum institutionem tribuendam esse. Ubi insignis
& tanto viro indignissimus Error notandus Baronii Cardinalis &
multorum ejus sequacium, qui initium Electoratus ab Innocentio
Pontifice deducit Tom. 10. Annal. ad Ann. 996. §. 36. & in §. 40. ex-
pressa verba ejus sunt; sicut Imperium auctoritate Romani Pontificis
ex Oriente in Occidentem translatum est, ita jus eligendi Impera-
torem Germanis concessum. Id quod ab omni veritate historica ali-
enissimum est, ne dicam impingere in omnia Juris & æquitatis prin-
cipia. Nam quod quisque Jure proprietatis non possidet, illud alteri
communicare atque concedere nullo modo potest. Jam Pontifex neque
ipsum Imperium, neque quicquam de ejus Regalibus possidet. E-
neque illud transferre, neque Jus eligendi Imperatorem tanquam sum-
mum Imperii regale Germanis concedere potuit: ad Regulas Logi-
corum ratiocinari possumus. Citat quidem Baronius, ad corro-
borandam suam sententiam, quosdam Autores, qui tamen illum i-
psum refutant. Allegat Abbatem Stadensem & ex eo extorquere
conatur, Innocentii IV. constitutionem de Septemviris quoad per-
sonas nonnullas mutatam fuisse, vel ab Innocentio ipso, vel ab
Alexand. IV. exposcentibus & consentientibus ipsis Principibus.
Sed Cardinalis penitus oblitus fuit, Stadensem ea ad Ann. 1240.
cum Innocentius nondum Papæ munere fungeretur, disseruisse.
Nam Abbatis Stadenensis verba in Chron. suo ad Ann. 1240. ita so-
nant: *Papa Gregorius insolentias Imperatoris contra Ecclesiam me-
tuens, Principes super electione alterius sollicitavit, sed nihil profecit,
quia quidam Principum ei rescripserunt, non esse sui Juris, Impera-
torem instituere, sed tantum electum à Principibus coronari. Electio
enim ad istos dignoscitur pertinere, ex praxatione Principum & con-*
sensu

sensu eligunt Imperatorem Trevirensis, Moguntinus & Coloniensis, Trevirensis enim, licet de Alemannia non sit, ratione antiquitatis eligit: Palatinus eligit, quia Dapifer est, Dux Saxonie quia Mareschallus & Marggrafius de Brandenburg quia Camerarius. Rex Bohemie, qui Pincerna est, non eligit, quia non est Teutonicus. His sano iudicio perlectis, quilibet eo melius Baronii errorem cognoscet. Citat quoque Cardinalis §. 49. p. 839. Scriptorem quendam Martinum Polonum, qui Innocentii IV. Pontificis poenitentiarius fuit, & ex eo iterum convincere allaborat, institutionem Septemviratus Innocentio IV. attribuendam esse. Cum tamen Martini Poloni locus Baronio minimè faveat; nam Innocentii IV. tanquam Auctoris Septemviratus in sacro Imperio planè nullam mentionem fecit. Inspiciamus ejus verba. *Et licet isti tres Ottones per successionem generis regnaverint, tamen postea fuit institutum, ut per officiales Imperii Imperator eligeretur, qui sunt septem &c.* verba autem illa, *tamen postea fuit constitutum ut per officiales &c.* non ad Ottonis III. Sed ad ipsius Martini Poloni tempora qui seculo decimo tertio vixit, hæc referenda. Per septem autem officiales hic intelliguntur ipsi Electores, qui summa ac splendidissima aulae regiae officia sustinent. Quid quod & cognitum est de Martino Polono fidelem fabularum narratorem fuisse & Chronicon suum istis exornare studuisse. Legatur Disputatio Domini Otton. Mencken. de Orig. Elector. Refutat etiam Baronium, ut Odoricus Raynaldus in Annal. Eccles. ad Ann. 1246. testatur; Epistola ipsius Innocentii. Nam Innocentius ad Bohemiam Regem Bavariae Brabantiae, Brunsvici & Saxoniae Duces, Misniae & Brandenburgi Marchiones lictas dedit, in quibus monuit, ut paribus animis in eligendo futuro Imperatore convenirent, quod tamen me Judice minimè fecisset, si non plures quam in fabula Baroniana expressi sunt, electores agnovisset. Primus autem electionis actus occurrit Anno 1246, & ille sine lege fuit Anno vero 1274. subsequutus est actus legalis, quia Rudolphus Habsburgicus dedit illis privilegium quo statuit, ut qui hactenus non legaliter elegissent, in posterum ex lege eligerent. Cur autem Electores tunc temporis cum habuerint Jus quaesitum, se non Electores scripserint, factum quidem fortassis est propter modestiam, idque tandem donec à Carolo IV. publica lege confirmarentur.

niensis.
atis eli-
reschal-
Bohe-
is sano
noscet.
Martii-
s fuit,
nvira-
ni Po-
quam
nenti-
es per
ut per
ba au-
d Ot-
ecimo
ic in-
regiæ
olono
is ex-
n. de
us in
entii.
run-
lite-
turo
et, si
gno-
ille
Ru-
qui
ent.
m,
oter
m-
tur.

rentur. Vid. Excell. Dn. Schurfleisch diff. Histor. capita quæd.
Histor. Saxonica continens ad Illustrem Henricum Frisium Juni-
orem. It: dissertat: quid expediat Imperio annot. ad §. 9. Sed si quis
adeò cupidus sit, ulterius in hanc controversiam inquirendi, illi
commendatum trado Herm. Conring. de Septemviris, cui etiam
adjungendum Excell. Dn. Conrad. Samuel. Schurfleisch Colleg.
Isagogicum de not. Imper.

(b) Lex autem illa Pragmatica quæ A. B. nomine venit, seculi
decimi quarti Anno 56. ab Imperatore Carolo IV. consentientibus
omnibus Electoribus tam Ecclesiasticis, quam secularibus, nec non
numerosa aliorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum,
Nobilium & Civitatum multitudine in solenni curia Norimber-
gensi, matura deliberatione edita, statuta & sancita est. Leg. Rume-
linus in dissertat. suis ad A. B. Conscripta autem est lingua Latina,
Stilo non admodum eleganti, pro more, illius temporis, ut testatur
Limnæus in Observat. ad A. B. & quid. in Pergameno, quod legi-
tur in Not. Marquard. Freh. ad Petr. de Antlo de Imperio Romano-
Germanico L. 2. c. 5. ad verbum Bulla cujus verba hæc sunt. *Predi-
ctus liber erat scriptus in Pergamento in 24. foliis, cum coopertura
grossa, in quo erant scripta diversa negotia sacrum Imperium & Ele-
ctores ejusdem tangentia. Qui quidem liber transfixus erat cum fi-
lis sericis glauci & rubei coloris involutis, cum bullo s. sigillo aureo ro-
tundo Imperiali appendente, in cujus uno latere apparebat figura Im-
perialis in Majestate sedens, cum corona Imperiali in capite, habens
in manu dextra sceptrum, & in sinistra manu pomum cum cruce desu-
per modo Imperiali, & à latere dextro clypeum cum aquila & sinistro
clypeum cum forma leonis. In circumferentia vero legebantur hæc
verba: CAROLUS. IV. DIVINA. FAVENTE. CLEMENTIA
ROMANORUM. IMPERATOR. SEMPER. AUGUSTUS.
ET BOHEMIÆ REX. Ab alio vero latere, castrum magnum
cum duobus turribus, habens portam, inferius in medio, cum literis
AUREA ROMA. In circumferentia vero legebantur hæc verba.
ROMA. CAPUT. MUNDI. REGIT. URBIS. FRENA. RO-
TUNDI.* His perlectis colligenda quoque nominis ratio facile est,
nempe dicitur ita à sigillo aureo formam Bullæ representante;
quemadmodum bullare nihil aliud, quam sigillare significat, apud

Petrum

Petrum Blesensem & multos alios. Quare & hodiè nonnulli Do-
ctores, Bullati dicuntur, ex alia nulla ratione, quam quod literis
suae docturae bullatis, h.e. sigillatis, absq; examine Academico, &
promotione nitantur. Est autem aurea bulla lex Imperii nostri
verè Romani fundamentalis, sancta & inviolabilis: ita ut Impera-
tor illam nullo modo abrogare possit, cum leges Imperii funda-
mentales sine corruptione Status Publici abrogari nequeant. Vid.
Innocent. Gentilis contra Machiavellum P.I. Theorem.1. cumq;
Aurea Bulla non solius Autoritate Imperatoris, sed omnium Im-
perii Statuum consensu condita & promulgata sit, quod ex fine
Prooem. A.B. clarè apparet. Ibi enim *in gemeiner versammlung
und gegenwart* legitur. Accedit quoq; quod Imperator cum eli-
gitur, jurare teneatur se Auream Bullam minime abrogaturum es-
se. Ut tradit Goldastus in Statut. & Rescript. Imperial. & in Con-
stitut. Imper. Tom.2. Et Arumæus discurs. Primo ad A.B. Th.7. Bux-
torf ad A.B. concl.7. Daniel Otto Jur. Publico c.12. lit. B. p.314
Heigius L.I. Qv.5. n.1. Nicol. Reusnerus Consilio Primo num.20
& Mynsing: Sed nihil tam naturale est, quin quo modo quid col-
ligatum sit, eo modo etiam dissolvatur L.35 ff. de Reg. Jur. Quar
A.B. tanquam communis Reipubl. Sponsio clausulis derogatoriis
munita, nisi Electores cæteri q; Imperii Ordines pro statu & utili-
te Reipubl. in abrogationem consentiant, ab Imperatore minime
tolli potest vid. A.B. Tit.12. §.2. *ibi auf Unser und Ihr wohlgefalle
werden soll.* Renovant etiam Imperatores Auream Bul. in Cap-
tulationibus atq; confirmant. Vid. Capitul. Carol V. Art.2. Fer-
dinand. I. literæ reversales §. *Wir sollen und wollen.* Maximilian
II. Capitul. Art.3. Rudolphi II. Capitul. §. *Wir sollen und wolle*
Matthiæ §. *Wir sollen und wollen* Ferdinandi II. Art.2. Ferdin. II
Art.2. Leopold. Imperat. nostri invictissimi Art.2. Ex quibus capi-
tulationibus satis perspicua est Aureæ Bullæ Sanctitas & Inviola-
bilitas; quanquam non negandam, eam aliquas mutationes susti-
nuisse, ut in privilegio Electorum de non appellando. Nam in Au-
rea Bulla capitulum est, quod vocatur privilegium de non appe-
llando, quo nequeunt Subditi Electorum appellare vel ad Camera
vel ad Imperatorem. Ubi & continetur privilegium de non eve-
gando, quanquam hæc duo soleant confundi. Hoc privilegium
mut

mutatum est, ita, ut cum olim omnes Electores, tam Ecclesiastici quam seculares, hoc gavisi sint privilegio, hodiè tamen tantum Rex Bohemiæ, Saxonix, & Brandenburgici Electores & Principes cõfruantur. Deinde in Aurea Bulla Moguntini attribuitur votum ultimum, hodiè verò mutatum; nam ex Sleidani Lib. 1. patet, in electione Caroli V. Primum habuisse votum, uti etiam in electione Maximiliani Secundi. Mutata quoq; est quoad locum coronationis: nam Aurea Bulla Aquisgranum ordinat locum coronationi, qui hodiè tamen variat. Mutationem etiam passa est, quoad concessionem feudorum Regalium, Imperio apertorum. Sæpè enim accidit, ut in feudo Regali Successor deficiat, & ita illud aperiatur. Cum olim Juris esset, ut ad Imperatorẽ devolveretur, qui pro lubitu alium de eo investiebat, hodie tamen illud mutatum est, uti patet ex omnibus capitulationib9 ubi Electores præscribunt Imperatori, quod nequeat suo arbitrio conferre beneficia, s. feuda in quem velit. Quoad tutelam item Electoralem. Nam habemus in Aurea Bulla tit. 7. cujus sensus est, quando Pater Elector moritur, impubere relicto filio, tum secundo genitus vel proximus agnatus sit administrator. Quod quidem hætenus mutatum volunt, ut testamentarius tutor hunc secundo genitum vel agnatum excludat. Quoad juramentum Electorale, Juramentum enim olim factum fuit in nomine DEI & Sanctorum: hodie autem Protestantes tantum in nomine DEI juramentum præstant. Quoad missam quoq; mutata est, cui omnes adesse debent. Hodie vero Protestantes se subducunt. Ultima vice mutata est in numero Electorum: nam antea septem fuerunt Electores hodie autem octavus Electoratus, nempe

Bavaricus accessit. Videatur Limneus lib. 1. c. 11.
 Num. 101. & multis sequentibus.

C **NUM.**



NUMER. III.

Ex qua sanctione omnium optimè & dignitas officiumq; Regis Bohemiae edisci potest: scilicet quod etiamsi immunis sit ab Oneribus, (a) & nullo comprehendatur circulo, (b) nec in Comitibus Germanorum universalibus jus suffragandi (c) habeat, in Electione tamen Caesaris & primum inter Seculares, ut vocantur, Electores locum habeat, (d) & ejus autoritas magna sit, qua multi seipso ad Imperii fastigium evexerunt (e).

(a) **L**icet enim Rex Bohemiae subjectus sit Imperio, suumq; Regnum ab Imperio tanquam feudum recognoscat, & in Camera Imperiali, & coram Imperatore quoq; conveniri possit, ab oneribus tamen Imperii est exemptus, ut ex supra citata intercessione Ferdinandi I. Regis Bohemiae in Comitibus August. Anno 1548. Fratri Carolo V. exhibita, ad quam Paulus Stransky cap. 3. de Republ. Bohem. pag. 125. provocat, demonstrari potest. In testimonium citari possunt Marquardus Freherus, in notis ad Petrum de Antlo cap. 2. pag. 156. Dan. Otto J. P. c. 10. pag. 246. Hartmannus, Maurus de Coronat. Carol. V. Rubrica quo apparatu apud Goldastum in Polit. Imper. part. 3. Arum. de Comit. cap. 4. n. 59. Goldast. in consult. de Offic. Reg. Bohemiae quaest. 2. n. 12. Ut & Carpzov. de Leg. Reg. Germ. cap. V. sect. 8. pag. 346. Limn. lib. 3. cap. 8. num. 5. & 8. & Dn. Beliz. Jur. Publ. tab. 5. Distingvendum autem hic esse arbitror, inter onera & munera ordinaria & extraordinaria: quo ad prius verum esse dico, quo ad posterius verò nego. Nam ad extraordinaria haud secus ac alius Status & Elector omnino cogi potest.

potest. Id quod confirmari potest ex Recept. de Anno 1500. ubi à Maximiliano I. dicitur. Wie und welcher maß dem Türckischen Vornehmen Widerstand beschehen / auch was Beystandes sie hinfür dem H. Reich / besonders der König von Böhmen / als ein Churfürst desselbigen / wider des Reichs Anfechter thun wollen / damit dem Türcken zu ewiger Zeit desto tapffrer Widerstand gethan werden möge.

(b) Sciendum est Imperium nostrum Romano Germanicum Anno 1387. in Comitibus Mergetheimi in Franconia celebratis omnium primo in quatuor circulos dispartitum fuisse. Quibus ipse etiam Wenceslaus interfuit, qui non modo ut Rex Bohemiae & Elector Imperii partitionem illam promovit, verum etiam ut Electus Romanorum Imperator publico edicto stabilivit. Fuerunt autem Principes primum & Comites in quatuor Classes distributi, & ex omnibus quatuor viri constituti, *quatuor Duces, quatuor Vicarii, quatuor Marchiones, quatuor Comites Provinciales, quatuor Comites Castrenses sive Burggravi, quatuor Comites, quatuor Barones, quatuor Equites sive Strenui Milites* &c. vid. Rumeli. diss. 3. ad A. B. pag. 422. Fabulam tamen hanc in quaterniones Germanici Imperii divisionem, & inane pictoris aut poetae otiosi commentum vocat Conring. l. c. superius. Ita autem originalia ipsius distributionis verba sese habent. So seynd das die Theil und Ordnung der Fürsten und Herren Parthey / als sie sich in vier Partheyen getheilt haben. Das erste Theil / das Königreich Böhem mit allen Fürsten / Grafen / Herren / Land und Leuten zur Cron gehörig : Die Markt Brandenburg / die Herzogen zu Sachsen und Sa. Item, Die ander Parthey / der Erzbischoff von Maynz und Cölln / Herzog Ruprecht der Aelter / Herzog Ruprecht der Jünger / der Landgraff zu Hessen / Marggraff Rudolph von Baden : Die dritte Parthey / Herzog Albrecht von Oesterreich / Herzog Stephan / Herzog Friedrich und Johannes Gebrüder Herzogen zu Bayern / der Erzbischoff von Salzburg / der Bischoff von Straßburg / von Augspurg / Ludwig und Friedrich Grafen zu Dettingen. Die vierdte Parthey / der Bischoff von Bamberg und von Würzburg / Wahlhausen / Wilhelm ihr Vetter / Marggrafen zu Meissen / Landgrafen zu Thüringen / Herzog Ruprecht der Jüngste / und Friedrich Burggraff zu Nürnberg /

itas
vud
m-
na-
eat
Se-
(d)
s
Re-
ame-
one-
hione
Fra-
publ-
niam
Antlo
Mau-
stum
ft. in
v. de
m. 5.
c esse
qvo
d ex-
cogi
otest.

berg/2c. videatur Lehmann Chron. Spirens. lib. 7. c. 68. Secunda vice Imperium in sex circulos partitum legitur Anno 1500. in Comitibus Augustanis. Et Francicus, Bavaricus, Svevicus, Rhenanus, Westphalicus & Saxonicus constituti sunt circuli. Ordnung des Regiments/ zu Augspurg. Anno 1500 aufgericht tit. Wie sechs Räte aus der Ritterschafft/ und Doctorn oder Licentiaten aus den sechs Kreysen sollen genommen werden. Ordinat. Cameral. Constantiens. de Anno 1507. tit. Die sechs Chur-Fürsten ibi aus den sechs Kreysen. Ordinat. Cameral. part. 1. in fin. & tit. 2. Ordnung des Regiments zu Wormbs Anno 1521. aufgericht §. Die andern sechs Personen. His postea, necessitate publica urgente, adhuc quatuor additi sunt Austriacus, Burgundicus, Electorius Rhenanus, & superior Saxonicus Anno 1512. in Comitibus Trevirensibus Recess. de Anno 1512. §. Darauff haben wir sambt den Ständen zehen Erckel geordnet Erklärung des Land-Friedens zu Nürnberg Anno 1520. aufgericht Rubrica. Hernach folgen die zehen Kreys. Sunt quidam qui hanc divisionem culpant, provocantes ad illud Taciti, *dum singuli pugnant, universi vincuntur* Agricol. 12. 2. Sed hæc divisio tum ad libertatem statuum, tum Principum defensionem facit. Quapropter non culpandam sed magis magisque extollendam & laudandam existimo. Non autem de illis quatuor circulis & prima partitione loquor, sed tantum de posteriori, cum in decem circulos Imperium distributum dicitur, Regni Bohemæ nulla mentione facta, ad quem circulum sit referendum. Facile enim largior, in quatuor illis circulis, in quos sub Wenceslao divisum est Imperium, Bohemiam primum constituere. Censet quidem Goldastus de Regn. Bohem. lib. IV. cap. VIII. §. 8. *proprium & undecimum constituere circulum.* Id quod tamen non adeo congruè dici videtur, cum decem non undecim circuli Imperii sint, constituti. Id quod Reinking. 1. class. 4. cap. 1. in fin. ac c. 2. Becker Synops. J. P. cap. 9. Limn. 4. J. Publ. cap. 7. sub numero 66. & multi alii adstruunt. Allaborat quidem Goldastus suam opinionem multis argumentis corroborare, imprimis autem Besoldum in discursu politico 4. de Statu Reipubl. sub altern. cap. 7. num. 10. citat, ita scribentem: *Bohemie Regnum, quamvis non in circulis illis, in quos Imperium digestum atque partitum est, comprehendatur, Romani tamen Imperii censetur esse Provincia.*

ancia. Sed hæc ex Besoldo citata, magis contra Goldastum, quam pro illo pugnant: nam expresse dicit, licet non in illis de- m circulis includatur, tamen Provincia Imperii nostri Romani . quod etiam verissimum, & supra prolixius ostensum. Nam eo Imperio annexum est, ut etiam comitia in illo celebrari pos- nt. Legatur Carpzov. de lege. Regia German. c. 5. sect. 5. r tot. consentit Kntichen. de Sax. non provocant. Privileg. ver- Electorum c. 1. n. 219. & seq. Goldastus de R. B. lib. a. cap. 11. 12. Limn. 3. I. P. c. 8. n. 57. quam controversiam etiam par- n ex sequitur Henricus Julius Dux Brunsvicensis. Im gründ- hen und wahrhafftigen Bericht / wegen der zwischen der Kö- ischen Keyserl. Majestät Herru Rudolphen dem andern / und der önyglichen Würde zu Hungarn Hn.: Matthiä / getroffner verglei- ung / auch abdancung des Passauischen Kriegs Volcks.

(c.) Accurate hic notandum quod Comitiorum Imperii du- icia reperiantur genera, sunt vel Universalia, vel particularia. quæ visio à tempore priscorū Germanorū deduci posse videtur Nam acity de reb9 German. c. 11. v. 1. ait. De minoribus rebus Principes nsultant, de Majoribus omnes. Legatur Schus In colleg. Jur. ibl. disput. 18. thes. 2. vocantur vero Universalia *allgemeine Reichstage oder Reichsversamlungen* ad quæ omnes Imperii Sta- s vocantur, ac ubi Imperator, & reliqui Status universi conve- unt. R. A. de Anno 1512. §. So haben auff allgemeinen Reichs- g. R. A. de A. 1576. Als wir eine allgemeine Reichsversamb- ag. Particularia autem sunt tantum conventus quorundam Im- rii Statuum, & hi iterum diversa sua habent genera, inter quæ feruntur conventus Electotum qui in genere dicuntur *Chur- sten-Tage / der Churfürsten versamlungen.* In specie vero ra- one subjecti tractandi, quando vacante Imperii Romani sede ad ectionem conveniunt, & dicuntur *Wahltag.* Hisce etiam ad- ribendi conventus circulatorum *Kreystage /* qui ordinarie singu- annis semel & necessitate flagitante sæpius conveniunt, ac de ntributionibus, monetis, præsentatione Adfessorum, executi- ibus contra contumaces faciendis deliberant. Rutilius Ruland- commiss. lib. 3. c. 4. par. 2. num. 84. vid. quoq; Recess. Imp. Augustani de Ao. 1555. §. und damit solche Ordnung so viel steifer.

cum mult. seq; ubi textus ipse inspicere potest. Accedunt Depembru
tionstage und Visitationstage des Kayserslichen Kammergerichts
vid. Rumel. par. 2. diff. 3. ad Aur Bud. 22. Reink. 1. class. 5. c. medi
n. 28. & seq. Otto. in Jur. Publ. c. XIII. Pag. 494. Carpzovs de
Regal. c. 7. Thes. 39. Comitiorum vero vocabulum proprie denot
quendo præcipue de universorum Imperii ordinum convocacione
ne accipitur, quam & hic intellectam volumus. ad hæc collata, p
tia Universalia Rex Bohemiæ, quamvis Elector & Princeps Imperii
rii, non vocatur, nec eis unquam inter fuisse commemoratio. 157
Nullibi quoq; in Recess. Imperii. quos uno volumine hodie ex sit q
re videmus, Regis Bohemiæ subscriptio deprehenditur. Nec præus D
rius ullum hujus disceptationis legi potest testimonium, quibus
unicum illud, quod Ferdinandus I. Rex Bohemiæ Fratri Carolo
V. Imperatori in Comitibus Augustanis Ao. 1548. pro liberandis h
Regni Bohemiæ opposuit. *Daß ein König in Bohelm zu electio
Reichstag nicht verscrieben würde / auch weder Stand nuntius
Stimm im Reichsrath hätte.* quod scriptum Arum: de Convalita
cap. 4. n. 58. & c. refert. Hic vero non proletaria sed mæra
mæ sanè æstimationis exoritur controversia, Quæ ratio sit, Carpzo
Bohemiæ Bex ad comitia non vocetur, nec ab annis propemodum
ducentis, ullis inter fuerit Comitibus, nec Recessibus Imperii stia jur
scripserit. Adfert Goldastus de Regno Bohemiæ lib. 4. c. 5. in der
14. tres causas, ad quas perlegendas benevolum lectorem rete nec
tam. Aliam & quidem quartam causam à prioribus differentia
trahit. Limn. 9. Jure Publ. cap. 11. n. 91. Videatur etiam Car
zov. c. 5. sect. 9. num. 18. Seq. Quæ causæ omnes admitti p suis te
sent, nisi obstet Arumæi de comitiis & Rumelini par. 2. diff. 3. ad Jur. Ball. pag. 375. sententia, qui dicunt ex hac rati
factum, quod non sit Imperii Status. Priusquam vero de p
derosa hac quæstione judicamus, definitionem status non n
lorum Authorum adducamus, necesse est. Definit ergo Stat
Doct. Beliz. in tab. Juris Publ. quæst. 24. inqviens. *Nomen
qualitas Status Imperii non tantum immediatis nonnullis, vel
etiam mediato competere potest.* ex quibus patet, quod status
Imperii sit, qui membrum immediatum vel mediatum est. ub
observandum, quod Imperii membrum latius pateat quam stat
On

...ne enim Imperii membrum non est status, sed omnis status est
...nt Depembrum Imperii. Nobiles quippe liberi sunt Imperio immediate
...nergeri objecti nec tamen eos status Imperii esse quis evincet, cum multi sint
...aff. 5. immediati, qui tamen non sunt status. *Reichs Abschied zu Wor-*
...Carpzovs de Ao. 1564. *ibi und wollen wir als Römischer Keyser ge-*
...propriet denen / so nicht stände des Reichs / jedoch dem heyl. Römi-
...onvocaten Reich immediate unterwerffen. Sic qui membrum Impe-
...hæc ca. est, propterea non protinus status censi debet. Si quidem a-
...ceps Inud est esse & dici membrum, & aliud Imperii statum Recess. de
...memorao. 1576. Gail. 1. Observat. 21. num. 2. definit statum quod ta-
...hodie ex sit *qui inscriptus est & votum & sessionem habet.* Excellentissi-
...Nec præus Dn. D. Nerger. in Collegio Juris Publici ad Domin: Beliz
...um, quibus habitō. statum adæquate sic dictum talem esset judicat,
...tri Carvi sit immediatum Imperii membrum, jus cum imperatore statu-
...ro liberandi habens in Comitibus. Recess Imp: Ao. 1588. jus statuendi com-
...zu electitur, Eius consultationis, decisionis & executionis. Offen-
...stand nuntur quoq; quidam, qui dicunt necesse esse, ut habeat quatuor
...de Comvalitates seu inseparabilia potius adjuncta, ex quorum numero
...sed, mæraclari sunt Besoldus de jurisdic: Imperii Romani quæst. 8. &
...o sit, Carpzov. de leg Reg. Germ. cap. V. sect. XI. Ajunt enim (1.) in Co-
...pemodmitiis Universalibus stationem sessionemq; obtinere, & senten-
...perii stia jure gaudere necessum esse (2.) in Albo seu Matricula Imperii,
...4. c. 5. *In der Reichs Matricul.* ejus nomen extare debere (3.) obvenien-
...m rete necessitate, certi quid pensitare, subsidiumve militare submi-
...fferentn stare teneri: ubi porro requiritur illud subsidium non nisi
...iam Ca Imperatori immediate præstetur. Gail. 1. Ohserv. 21. n. 12. 4. in
...nitti p suis territoriis merum mixtumq; Imperium & omni modam ju-
...2. dis jurisdictionem ut habeat, hic attendendum, Vigore cujus ipsum
...e rati Imperatorem in suis territoriis repræsentet Wehner Observ:
...ro de p pract. verb. *Stand des Reichs.* His enumeratis examinabimus,
...non n num Rex Bohemiæ secundum has qualitates etiam status sit no-
...o Stat minandus. Quoad primum Regem Bohemiæ statum Imperii haud
...Nomen esse fatemur, nam apertum est, ut supra quoq; annotavimus, illū
...is, vel in comitiis Universalibus sive generalibus jus sessauræ ac suffragii
...status non habere. consulatur Hartm. Maurus in tract. de Coronati-
...est. ub *Caroli V. Imperatoris.* Quod attinet Onera de his quoq; supe-
...am stat rius

rius fat dictum esse opinor, ab omnibus muneribus scilicet or-
nariis immunem esse & hac ratione etiam non ut status æ-
mandus erit Quod autem sit immatriculatus, nemo in dubio
vocare audebit. Nam Electorem esse, & non in matricula Impe-
in scriptum in veniri, maxime inter se invicem contrariantur. A-
cedit quartum quod status in suo territorio merū mixtumque Im-
perium & omnimodam Jurisdictionem habere debent. In quo pu-
cto sanè Rex Bohemiæ omnes alios Principes & Status Imperii
antecellit: quia in re multi quoque consentiunt Politici. Gevvo-
dus de Septemvirat. cap. 9. in fin. Tobias Paurmeister lib. 1.
Jurisdic. Imp. cap. 1. n. 17. & c. 2. n. 126. Marquard, Freherus
lib. 2. de monet. c. 4. n. 1. Matth. Steph. lib. 2. de jurisdic.
part. 1. c. 4. n. 97. & Wesner. legatur imprimis Goldastus de
Regn. Bohemi lib. 5. c. 3. Et hæc opinio multis argumentis haud
contemnendis prolixius demonstrari potest. Nemo enim infir-
cias ibit, Regnum Bohemiæ æque ac reliqui Electoratus statu-
umque Imperii possessiones & territoria esse Imperii Fendum &
Reges Bohemiæ quoque Imperatorum vasallos & Pares Curia Im-
perialis ac juramento fidelitatis & Homagii obstrictos vivere.
Sequitur ergo Regem Bohemiæ verissime esse & dici Principem sacri
Imperii. provo cabo ad testimonium Fridric. III. Imperatoris in
confœderatione cum Georgio Bohemiæ Rege facta Brunnae Ao.
1559. in quientis *Orbis Dominus, Imperator videlicet Augustus &*
Principum suorum potissimus & Elector, Rex scilicet Bohemiæ &c.
apud Doct. Eysen in deducti Bohem: in *Benlagen.* num. 33.
ut alia exempla taceam, quorum etiam supra nonnulla allega-
vinus. Si ergo Rex Bohemiæ Princeps Imperii dicitur, ut & Reve-
ra est, absque dubio quoque erit Imperii Status, quia Principes Im-
perii dicuntur Status Imperii *Auctor des außführlichen Berichtes/*
wie es auff Reichstagen pfleget gehalten zu werden. Bertram. de
de Comit. conclus. 28. Tertium argumentum est quod Rex Bo-
hemiæ sit nobile & primarium Imperii membrum, pro ut Caro-
lus IV. Imperator & Rex Bohemiæ asserit, Regnum Bohemiæ es-
se membrum nobilius Imperii Romani, in confirmatione Privile-
gii à Fridrico II. Imperatore concessi, sub dato Praga Ao. 1348.
Goldast.

Goldast. in constitut. Imp. tom. 1. fol. 342. De qua etiam teuberius
us tractaturi sumus & jam tractavimus. Quæ cum ita se habeant,
colligere necesse est; Statum quoque Imperii esse. Cum sine princi-
pali suo membro corpus stare nequeat, aut integram retinere sub-
stantiam possit. Nam & propterea Status Imperii dicuntur, quod
in illis ceu membris, id est basibus & Columnis, ipsum Imperium stet
& subsistat, Melch. Goldast. in Bohem. lib. 3. c. 3. n. 4. Ultimum argu-
mentum tandem est, quod Rex Bohemiarum à Coelectoribus cæterisque
Principibus pro Imperii statu habeatur, quid quod evidenter satis
probat eorum Replica in conventu Anno 1610. Pragæ habito, Mat-
thiæ Austriaco, Hungariæ Regi die 28. Junii exhibita. In verb.
Es müssen aber Chur und Fürsten dieses wohlmeinendlich darbey er-
innern / daß in solchen wichtigen Sachen / so respectivè daß Heil.
Reich ratione des Königreichs Böhheim / weil der König von Böh-
heim ein Stand des Reichs / der sieben Chur-Fürsten einer / und des
Römischen Kaisers Erkschenecke ist / concerniren thut / man ohne
Zuthun Chur und Fürsten / weil man die nechst-geseffene leichtlich dar-
zu erfordern können / da es sich doch ziemlich verweilet gehabt / billich
nichts vornehmen oder schliessen sollen. Ea denique fuit sententia
Electorum atque Principum in conventu Mülhusino Anno 1620. in
dehortatorio decreto, de Regno Bohemiarum ad Fridricum V. Palati-
num quod in Theatr. Eur. T. I. reperitur: Insonderheit aber das
Haupt und die Glieder im Reich beyammen in ihrem behörigen re-
spect, Stand / Hoheit und Freyheit / etc. ruhig und unbedrängt seyn
und bleiben mögen. Quorum Electorum ac Principum sola auto-
ritas satis sufficiens est ad convinceendam eorum opinionem, qui
Regem Bohemiarum statu suo abdicant: Goldast. lib. 3. cap. 3. num. 4.
Et hæc sunt argumenta quæ Melchior Goldastus ad corroboran-
dam suam profert sententiam, in qua Arumæum habuit adverfan-
tem. Ubi probe tenendum, quod Dominus Carpzov. de Leg. Reg.
Germ. monet. Nempe in vocabulo Status, lusum inveniri. Ita enim
inquit tract. citat. cap. V. sect. XI. Quod status propriè & strictè ac-
cipiatur pro Ordinibus & Senatoribus, qui proprio jure una cum Im-
peratore in Comitibus statuere possunt. Germanice Reichs-Räthe
Stände des Reichs / qui nempe decem illis Imperii circulis compre-
henduntur, in Comitibus jus sessionis atque suffragii habent & Imperio

contribuunt, ac summam, qui in Matricula Imperii & in catalogo
indictionum in des Reichs Anschlägen oder Anlagen reperiuntur
Besold. dict. loc. Nam qui sessionem in Comitibus habent, aut de ea
cum aliis ratione praelationis certant proprie dicuntur Status oder
Reichsstände Recess. de Anno 1500. §. Die Irrunge der Session &c.
ibi. Daß alle und jede Stände des Heil. Reichs / was Würden/
Standes und Wesens die seyn / so der Session oder Standes halben.
Recess. de Anno 1544. §. Und als sich im Anfange ibi Demnach wol-
len wir / daß einem jeden Chur-Fürsten / Fürsten / Prælateu / Grafen
und Stände / so dieses Reichs = Tages ungefährliche Session &c.
Recess. Anno 1548. §. Als sich auch Recess. Anno 1559. §. Als sich dann
Recess. Anno 1576. §. Ferner und zum siebenden. Quare etiam hac
in parte Excellentissimi Domini Doctoris Nergeri definitio Sta-
tus ex reliquis omnibus placuit. Statum enim in sensu proprio,
non in sensu accommodo dici, & non sessionem certam in Comitibus
universalibus habere inconueniens est, quod etiam innuere videtur
ipse Imperator in Recess. Anno 1510. §. Nachdem auch noch etliche /
ibi Damit dann derselben ihre gebührliche Session und Stimm im
Reichstag eingeben / und also das Reich an seinen Gliedern und An-
lagen gestärcker würde / seynd Wir erbötig mit denselben billige Ver-
ordnung zu ehester Gelegenheit fürnehmen zu lassen: Quo sensu
nunc Regem Bohemiae qui ad Comitatus non vocatur, nec jus Sessio-
nis & suffragii habet, ut supra diximus, Statum Imperii cum Do-
mino Carpzouio minimè appellamus. Et eo ipso Arumei senten-
tiae nostrum addimus calculum, cum de Comit. cap. 4. cum Sta-
tum Imperii haud esse iudicavit. Sed si Statum in sensu improp-
rio & latiori significato accipiamus, quo omnes eos comprehen-
dit, qui solum Imperatorem agnoscunt superiorem aut saltem jus
territorii cum omnimoda Jurisdictione habent, ut Andreas Gail,
lib. 1. Observat. 21. num. 4. tunc Regem Bohemiae omninò Statum
Imperii esse statuimus. Enimvero ut dixi haec impropria acceptio
nominis est Status Imperii, siquidem qui immediatus est aut jure
territorii finitur, non protinus votum aut sessionem habet in Co-
mitibus, ut constat ex Recess. de Anno 1555. §. Diweil aber etliche.
Ibi, So dem Reich ohne Mittel unterworffen und Reichsstände sind.
Quidam ergo immediati sunt, qui tamen Status Imperii proprie sic
dicti

dicti non sunt. Quod clarius elucescit ex Reecess. 1564. §. Und
wollen Wir. Ibi, Gegen denen so nicht Stände des Reichs / jedoch
dem Heil Reich immediatè unterworffen / diese constitution exerci-
ren. Quare etiam hic Domini Beliz definitio Status non est atten-
denda, nam ille potius de Statu in latiori significato, quam sensu
strictiori scripsit. Vocabulum enim Status improprie sic dictum
omnes sub se complectitur Principes Imperii, omniaque Imperii
membra, ut est Ratzevilius in Litvania & quondam Transylvanus,
ipse etiam Delphinus Gallia, quia Principes & Vasalli Imperii sunt.
In hac ergo significatione cum Gewoldo, Paurmeistero, Goldasto
aliisque supra allegatis Regem Bohemiae Statum dicimus, imprimis
vero cum & Nobiles immediatos hac latissima Status Imperii si-
gnificatione comprehensos videamus. Domin. Arum. de Comit.
cap. 4. pag. 74.

(d) Consentiant hic omnes ferme Politici & Juris pruden-
tes, quod hodie Rex Bohemiae inter Electores Laicos primum te-
neat locum, quoniam olim ei inter seculares novissimum tribu-
tum locum testetur Cranz. lib. 4. Saxon. cap. 28, qui tamen Cranzii
locus non admittendus, quem forsitan fefellit officiorum admini-
stratio; quod Rex Bohemiae ultimo loco officium suum peragat, ideo
ei ultimum locum attribuit. Et graves ponderosissimaque adduci
possunt rationes, quare primus ipsi assignatus fuerit locus. Nam
Princeps coronatus & unctus est. Plus verò est, Regem esse quam Du-
cem. Id quod ostendit Polybius lib. 10. n. 10. histor. *Cum post pugnam
Scipio Rex ab omnibus salutaretur, ait, movebatur eo facto, ut animad-
versionem adhiberet, collectis igitur Iberis Regium quidem velle se age-
bat, & dici ab omnibus, & cum veritate esse: Regem vero necesse, nec
dici à quoquam. Quibus dictis ut Dux appellaretur mandavit, &c.*
Non nihil vero Regiae dignitati decedere videretur Bohemo, pri-
mum locum non obtinenti, tanquam Regi. Sed hic pro ratione du-
bitandi in medium quis proferre posset: Quod Electoris dignitas
comparetur & adaequetur Regiae. Arum. ad Aur. Bull. disc. 4. con-
clus. 11. Quapropter etiam B. Lutherus in Tischreden cap. 38. in-
quit, Die Chur-Fürsten schreiben den Königen Ewer Liebde (hodie
Königl. Würden) und nicht Ewer Gnaden. Denn sie sind Königen
gleich geachtet. Sed huic respondendum, quod Rex Bohemiae non

solum sit Elector, sed etiam Rex, & non propter dignitatem Electo-
ralem Regi æquiparetur, sed revera sit Rex, Regia dignitate prædi-
tus, ein gefrönt. Haupt/ut Aurea Bulla tit. 4. dicit. Unde habens
dignitatem duplicem præfertur habenti unam Petr. calesat. de
equestr. dignitat. num. 53. cum & testimonio Philosophorum, duo
bona uno potiora sint. Deinde aliud est esse tale, aliud haberi pro
tali L. Mulieris appellatione de V. S. & L. ait Prætor. § 1. ff. de
N. O. N. Aliud est igitur Regem esse, aliud jure Regis censer. Ac-
cedit quod etiam Bohemiæ Rex præ Regibus aliis hoc præcipuum
habeat, ut quemcunq; alium, in actibus ad curiam Imperii spectan-
tibus antecedit. Aur. Bull. tit. 6. Adeo, ut etiam Imperatrici sive
Augustæ ea in re præferatur Aur. Bull. tit. 22. Et non immerito huc
referre volumus & debemus, quod legitur apud Authorem de l'
abrege de la Bulle d'ore e part. 2. p. 3. ubi hæc sequentia extant ver-
ba. Les Princes Electeurs ne cedent pas au Roy estrange aux
assemblees, qui se font dans les cours solennelles des Empereurs, ny
autre part, nommement le Roy de Boheme, qui ne cede pas mesme
al' Imperatrice, si ce n' est la hauteur de la table elevée de trois de-
gres plus que celles des Electeurs, quand t' Empereur fait des Ban-
quets solennels. Hic accuratè examinatis unicum nobis sufficiat,
quod Carolus IV. in Aurea Bulla tit. 4. §. Zum dritten expresse di-
cat, Regem Bohemiæ inter Electores Laicos ex Regiæ dignitatis fa-
stigio, jure & merito obtinere primatum. Jam cum aperte de-
monstraverimus, Regem Bohemiæ inter Electores Seculares pri-
mum locum obtinere, facile etiam erit ostendere, cum inter illos
primum votum habere. Nam majorem dignitatem habens, jure
priorem vocem quoq; habere debet L. 1. ff. de albo scribend. & Is
qui primo vel honoratiore loco sedet, primum votum quoq; habe-
re debet L. Spuriij §. fin. ff. de decurioni.

(c) Priusquam vero nos eo convertamus, quo jure seipsum
ad Majestatem Imperatoriam evehere possit Rex Bohemiæ, quædam
dubia, quæ nobis in proposito nostro obviari possunt, pro ingenii
modulo solvenda sunt. Sunt enim qui planè jus eligendi Regis
Bohemiæ in dubium vocant. Videamus & examinemus rationes
eorum. Nonnulli inveniuntur, dicentes Begem Bohemiæ nullum
esse Electorem, quòd non Status sit Imperii. Verum enim vero

hic

hic in antecessum monemus, licet non in conventu Electorum Collegiali, nec in Comitibus Imperii generalibus jus sessoræ & suffragii habeat, nec Satus Imperii sit in sensu absoluto, bene tamen in sensu accommodo, sic ut supra demonstratum dedimus, Electorem nihilominus esse, & in Electione Imperatoris primum inter Archi Principes Electores seculares, quod etiam paulo ante ostendimus, obtine re locum & dicere votum. Nam infallibilis est Canon logicorum: cui competit definitio, ei etiam definitum competere necessum est. Cur itaq; vocaretur Rex Bohemiæ Elector in Aurea Bulla, nisi ab Electione & quod jus eligendi habeat? De hac vero contraversia adeo disceptatum fuit, ut verissime Goldastus dicat, & conqueratur *nullam ferme controversiam, nullam Status regalis causam, jam à seculis aliquot, aut in Comitibus Imperii acrius agitatam, aut in conventibus Electorum magis arduè disquisitam, aut in secretis Principum consiliis vehementius institutam, aut in Scholis Academicis contentiosius disputatam, aut deniq; in Doctorum Virorum Libris & scriptis frequentius disertatam fuisse, quam banc ipsam questionem, de jure Regis Bohemiæ in Electione.* Stat tamen veritas immota, quæ rejectis erroneis ac falsis opinionibus, Regi Bohemiæ jus suffragii legitimum ac primum inter Electores Seculares votum vindicat. Cum ista Caroli IV. Aurea Bulla firmissima sit inunita & rationibus ac legibus ab Interpretibus & Politicis corroborata, ut videre est apud Gevoldum in comment: de S.R. Imperii Septemv: cap.9. Goldastum de Bohem: l.3.c.5. & 6. Marquardum Freherum de Origin: Palat: par:1. cap.15. & in notis ad Petrum de Andlo lib.2.cap.2. Domin. Aurum. discurs.5. ad A.B. concl.2. & discurs.3. concl.8. Ottonem in J.P. cap.10. fol.252. Gerlac. Buxdorf. in dissert. ad A.B. cap.1. concl.18. lit.D. & cap.4. conclus.49. Besold. lib.2. de Reg. success. dissert.3. num.7. Bernh. Bertram. de Com. Imp. membr.3. concl.31. Hartm Maur. in tract. de Coronat. Caroli V. Imp. Ideoq; inanis de ea quæstione instituitur disputatio, ubi clara est constitutionis determinatio L. Ancillæ. Cod. de furtis. Videtur vero Disputationis hujus origo deduci posse à Doctoribus Italis stantibus, Romanum Imperium à Græcis translatum fuisse in Germanos, & ad Germanos Principes jus ac potestatem eligendi Imperatorem pervenisse, quare argumentatum fuit, Rex Bohemiæ

non est Germanus sed Slavi. Ergo non est Elector, & jus Electionis non habet. Enim vero omni robore caret hæc argumentatio, ex qua tamen novum exoritur dubium, num Rex Bohemiarum, quia non est Teuto, eligere possit, it. an Rex Bohemiarum non revera sit Germanus. In affirmativam nos sententiam trahunt, præter gravissimorum virorum auctoritates, quorum testimonia abundissimè in medium proferre possemus, ponderosissimæ rationes. Nec movet nos quidem Baronius in annalibus & Albertus Abbas Stadenfis in Chronico suo negantes quorum verba adducta sunt supra citato loco *Rex Bohemiarum, qui Pincerna est non eligit quia non est Teutonicus.* Quibus Patrociniatur Speculum Saxonicum, in quo ita legitur lib.3.art.57. *Primus inter illustres Regni Palatinus Rheni, qui est Dapifer. Secundus Dux Saxoniarum, Mareschallus; Tertius Marchio Brandenburgensis Camerarius; Bohemiarum Rex Pincerna est, qui non eligit, quia nostra non est Nationis ubi Landrecht habet invernaculo Idiomate der Schencke des Reichs hat keine Wähl/ darumb das er nicht Teutsch ist.* Et hinc in Weichbildo Magdeburgensi art. 13. & seq. & Jure Feudali Sax. art. 5. *Lehnrecht soli tres laici Duces constituti dicuntur, qui primi sint Electione die ersten an der Chur.* Idq; ipsum à Jure Saxonico mutuatus est Autor Juris Cæsarei Regii, Feudalis ac Nationalis tit.29. §.2. referente Carpzov. cap.V. sect.10. Leg.Reg: Germanorum pag.357. Inquiens *Quartus, Rex Bohemiarum Imperii Pincerna est, Regi Romanorum Scyphum primum ad bibendum porrigito.* Veruntamen sciatur, Regi Bohemiarum nullum jus Electionis esse, nam Germanus non est. Verba germanica ita sonant. *Im Keyserlichen und Königlichem Land und Lehnrecht part. 1.tit.29. §.2. Doch ist zu wissen daß der König von Boheim keine Chur hat / wenn er nicht ein teutscher Mann ist.* Sciendum autem est Juris Saxonici & Glossæ auctoritatem non adeo magnam, sed maxime suspectam esse, quod egregie ostendit Carpzovius de L. R. p.5. sect.5.n.35. & sect.10.n.16.17. Deinde non absolute dicendum Regem Bohemiarum non esse Teutonicum; Dubravius enim lib.9. histor. Bohem. dicit, Bohemos Germanis permixtos, ipsam Germaniam inhabitare. Et in N.I. satis abundè demonstravimus, Bohemiam Germaniarum portionem esse. Rex itaq; Bohemiarum ad minimum ex parte Germanus erit, si vel maximè ex parte Slavi sit. Nec ei offi-

cit,

cit, quod à Slavis oriundus fuerit. Principes certè Megapolenses, ut olim Pomerani, Lignicenses, & Münsterbergenses Origine Slavi sunt, tamen hodie natione Germani aestimantur, quod & de Electoribus & Marchionibus Brandenburgicis, Comitibusq; Zollernis ostenditur, qui à Comitibus Zogarollis in Italia sunt: Item de Principibus Anhaltinis, qui ab Ursinis Romanis ascendunt, siquidè vulgatæ traditioni adhærendum. vid. Spenerus Sylloge pag. 415. & 754. De Comitibus item Hohenloicis ab Alta flamma Romandiolæ Comitatu; de Mareschallis Pappenheimensibus à Collatinis Romanis; Deq; Marchionibus Badenibus, Verona oriundis, ut Goldastus l. 3 c. 2. n. 6. Qui tamen hodie veri sunt Germani, in Germania nimirum nati. Quare non etiam Rex Bohemiæ, qui ut supra dictum quidem ex peregrina stirpe profatus, in Germania tamen natus est, & ita revera est Germanus? qua de re hodie, cum Austriacæ stirpis modernus Bohemiæ Rex sit, minus dubium erit. Quapropter Assertio Baronii & Abbatis Stadenensis non est aestimanda, neq; autoritas & Ratio juris Saxonici attendenda, nam illa non major Auræ Bullæ est, quæ Regem Bohemiæ Electorem constituit, & ita per consequens eum Germanum esse vult. Igitur postquam Regem Bohemiæ Germanum & Electorem esse ostendimus, tertium quoq; dubium an nimirum Rex Bohemiæ paricum reliquis Electoribus electionis jure utatur, aggrediamur. Sunt quidam, putantes ei jus Electionis in casu aliquo dubio competere, & non prius vocandum quam collegis in electione dissidentibus. Hanc sententiam sectantur Petrus de Mont. tract. de potestat. Pontif. Rubr. de Imper. Majest. orig. & Petrus de Andlo. de Imperio Romano. Germanico lib. 2. c. 2. quorum mens est Regem Bohemiæ tanquam arbitrum saltem honorarium advocandum esse, ut suo suffragio paritatem tollat votorum, quæ in Electorum collegio cum adesset, impediret quo minus Imperator eligi posset. Sed quicumque ii sint, qui huic adstipulentur opinioni, certè assensus ipsi dari nequit. Manifestè obloquitur Auræ Bulla Caroli IV. tit. 4. §. Zum Dritten/ ubi expresse constituitur atq; sancitur, tertium votum ex Rege Bohemiæ Electorem Moguntinum perquirere debere, ideoq; non tunc demum, ubi dissensus sententiarum inter Electores sit. Et ineptum foret, eum, qui primo loco sedet, ultimum ferre suffragium,

gium, & qui Regiæ dignitatis fastigio reliquos Collegas vincit, votandi jure iisdem cedere, contra supra cit. Leg. Spurii §. fin de decurion: Quare & scriptor Gallicus Thuanus in princ. lib. 2 histor. hunc errorem gravissime taxat. *Nec minus plerisque suspectum est, ait, quod vulgo itidem jaëtatur, Regis Bohemiæ partes esse, ut paribus suffragiis interveniat, cum tertium ei in dicenda sententia locum nominatim Caroli IV. Aur. Bull. attribuat.* Quæ tamen opinio fortassis ex Glossa Juris Saxonici petita est. Ita enim se habet Glossa Land-Recht lib. 3. art. 57. *Electio Regi Bohemiæ non cedit, ubi Electores invicem concordaverint. Sed si discrepent, ita quod tres eligant unum, & alii tres alium. Ex his duobus potest consentire in unum, in quem voluerit.* Sed quam debilis sit Juris Saxonici, ne dum Glossæ autoritas, contra Imperii leges & pragmaticam illam sanctionem Caroli IV. Auream Bullam, supra ex Carpzovio de Lege Regiæ Germanorum deduximus. Quare cum Symmacho libr. 7. Epistol. 69. dicimus, *cognitis rebus diu immorari necessum non esse.* Sanè Rupertus Comes Palatinus Elector in diplomate suo, quo jura Electoris Bohemiæ in Comitibus Metensibus confirmavit, non obscure adductarum sententiarum Autores perstringit; *Non nulli filii tenebrarum, ait, oculis cæcutientibus à divina luce remoti, in meridiana palpitant claritate, sicut in noctibus & offendicula laqueosq; præparant iniquitatis & sceleris, diabolica invidia suggerente jugum veritatis deferre, præ mole gravissimi ponderis coagulati mendacii repentes super ipsis offendiculis corruunt, & suorum laqueis iniquorum conceptuum se involvunt, ut lucem tenebras judicent, & tenebras ipsam lucem.* vid. Arum. dicurs. 5. ad Aur. Bull. pag. 232. Videmus itaq; ex omnibus jamjam in medium productis, Regis Bohemiæ dignitatem tantam esse, ut non solum aliorum Electorum merito æquiparetur sed etiam ob Majestatem Regiam aliis anteponatur. Quod si ergo æquiparatur aliis, non minus certum est, eorum juri- bus uti posse, ut seipsum Imperatorem eligat. Gravissima quidem est quæstio, num in Collegio Serenissimo Electorum quis seipsum voto suo & suffragio dignum possit judicare, cui Diadema Augustum imponatur. Quam rem si æquâ animi lance trutinemus multæ eaq; non leves nobis objiciuntur rationes, quo minus id licitum esse statuamus. Et suspecta enim res videtur, de habilitate
sua

suaⁿ perhibere testimonium, suoq; proprio eligi iudicio argum. L. 25. ff. de procurat. Qua suspectus dicitur qui operas suas ingerat. & nemo in causa propria idoneus habetur Judex Leg. unic. Cod. ne quis in causa sua. His tamen nihil obstantibus, Elector qui libet seipsum Imperatorem eligere potest, per expressum textum Aureæ Bullæ Caroli IV. tit. 2. §. ult. Ob dann drey der Chur-Fürsten / so zugegen / oder auch der abwesenden Botschafften einen Vierdten aus ihnen / oder ihrer Gesellschaft / nemlich einen Chur-Fürsten / so zugegen / oder abwesend / zum Römischen König erwehlen würden ; So erkennen Wir / daß desselben Erwehlten / ob er gegenwärtig wäre / oder des Abwesenden Botschafft Stimme auch völlige Krafft haben / und die Zahl der Erwehler mehren / auch den mehrertheil gleicher Weise als andere Chur-Fürsten machen solt. Et his nihil obstant supra citatæ leges, neq; Lex 4. ff. de tutor. & Curat. & L. Præses 5. ff. de Offic. Præsid. quod si alicui concedatur eligendi potestas seipsum eligere non possit, Cum hic non uni concedatur jus eligendi, sed multis, nec Elector solus semetipsum eligat, sed ab aliis Electoribus consentientibus, ejus persona probatur & digna censetur, cui clavus rei committatur publicæ Germaniæ. Quid quod & in Personis illustribus, præsertim, propter præstitum cessat juramentum falsa ista præsumtio. Non exempla desunt se ipsos eligentium in Maximiliano II. Rudolpho II. & Matthia. Ipse Carolus IV. Patris sui Johannis Bohemiæ Regis suffragio ad Imperium pervenit, Dom. Arum. indiscurs. 2. ad A Bull. concl. 24. quam Electionem etiam ratio Juris civilis persvasit, nam pater & filius habentur pro una Persona L. ult. C. de Impuberibus & aliis subst. Vocemq; Patris esse vocem filii dicitur in §. Si quis 4. vers. ei verò Inst. de Inutil. Stipul. Legatur prolixius de hac materia differens Reinking. de R. S. & Eccles. lib. 1. class. 3. n. 25. consulantur quoq; Dan. Otto J. P. cap. 10. pag. 258. seq. & Goldastus de Bohem. Regn. lib. 3. cap. 4. n. 7.

Legendam etiam ceu dignam observatu commendo

Clar. Berneggeri Observ. Historico.

Polit. 4.

E

NUM.

NUMER. IV.

*Imperii sacri Pincerna est, & Imperatori primum
potum in Curia Imperialis celebratione porrigit,
sedetq; à Dextero Imperatoris latere imme-
diatè post Moguntinum vel Colo-
niensem.*

GERIT autem Rex Bohemiæ in celebratione curiæ Imperialis offi-
cium Archi Pincernæ, quo obstrictus vivit Imperatori vel Re-
gi Romanorum, Scyphum Vino aqua permixto impletum ad biben-
dum porrigere, juxta §. Aureæ Bullæ darnach fömt der König von
Böhmeib. Et Petrus de Andlo tractatu suo de Imperio Romano-
Germanico lib. 2. cap. 15. pag. 104. ita scribit: *Is enim sedens simi-
liter in equo portans in manibus cupam sive Scyphum argenteum pon-
deris 12. Marcharum coopertum vino & aqua permixtis ab equo de-
scendens Scyphum ipsum Imperatori vel Regi Romanorum porrigit
adbibendum, videatur quoq; Qvirinus Cubach. apud Arum. dicurs.
Academ. 35. vol. 2. cap. 24. n. 2. Cur vero vinum Imperatori pro-
ponendum aqua diluatur, legi inter se concertantes possunt Nol-
den de Nobilitate cap. 8. num. 78. & Limn. 3. Juris Publ. cap. 8. n. 8.
& seq. Sed hic quædam controversia expedienda venit. Dubita-
tur enim, num Rex Bohemiæ hoc Archi Pincernæ officium, non
amota Corona, explere queat. Nos affirmamus. Nihil enim inter-
esse puto, an gerente Corona, vel seposita munus suum admini-
stret, nisi obstet quod illi, si cum Corona faciat, prærogativam ali-
quam importet: quod etiam asserit Hartm. Maurus in Relatione
Coronat. Caroli V. apud Goldast. in Polit. Imperial. par. 3. f. 264.
& seq. Quem tamen hallucinari putat idem Goldastus in Rational.
fol. 98. ad cap. 4. A. B. Sed Hartmanni sententiam hætenus cum
Rumelino part. 3. dissert. 5. ad A. B. pag. 788. procedere existimo,
nempe Regem Bohemiæ posse quidem suum officium sub Regali
Corona exercere, si velit, nullam tamen in hoc ejus esse prærogati-
vam, sed potius in eo, si amota Corona officio suo fungatur, sicuti
apertè*

apertè evincit textus in c. 4. Aur. Bull. §. fin. ibi Den ersten Truncck
sol ihm bitten ein Röntz von Böhheim/der solches unter Röniglicher
Krohn (nach laut seiner Reichs-Brieffe die er darüber hat) er wolle
es denn von freyem Willen/nicht thun darff. Huc quoq; facit con-
stitutio Ruperti I. Comitis Palatini Rheni Vicarii S. Romani Impe-
rii &c quæ invenitur apud Goldastum tom. 2. constitut. Imperial.
fol. 92. §. ult. Ibi enim Archi Pincernatus officium coram Impe-
ratore vel Rege Romanorum in solennibus Curiis sub Corona ex-
ercere non tenetur, nisi velit facere spontanea voluntate. Poterit
tamen juxta bene placitum, præsentè Imperatore vel Rege Roma-
norum solennes Curias celebrantibus, procedendo, sedendo vel
stando, regalem gestare Coronam. Ex quibus videre licet quod
liberi ejus sit arbitrii, officium suum cum Corona Regia vel sine eâ
expedire vid. Cluten. in Syllog. concl. 24. lit O. Schüz de Vicariat.
concl. 24. tit. A. Marquardus Freherus in Bohemicis Limn. 3. J. P.
cap. 8. n. 6. seq. Arum. de Comit. c. 2. n. 14. & pass. Carpzov in leg.
Reg. c. 5. Sect. 8. 9 & 10. Et hæc de munere Regis Bohemiæ. Jam
autem considerabimus sessionem ejus, qualem in Mensâ Impera-
toris occupet locum, diximus sedere illum à dextero latere Im-
peratoris immediatè post Moguntinum, quod Carolus IV. expres-
se sancivit in Bulla Aurea cap. IV. §. 1. ibi enim hæc leguntur: *Sta-
tuimus insuper, ut quotiescunq; Imperialem Curiam, ex nunc, ut an-
tea celebrari contigerit, in qualibet sessione, videlicet tam in consilio,
quam in mensa & locis aliis quibuscunq;, ubi Imperatorem vel Re-
gem Romanorum, cum Principibus Electoribus sedere contigerit, à
dextero latere Imperatoris, vel Regis Romanorum immediatè post
Archi-Episcopum Moguntinum, vel Coloniensem, illum videlicet,
quem tunc temporis, pro qualitate locorum, & varietate Provincia-
rum juxta Privilegii sui tenorem, dicto lateri dextro Imperatoris
assidere contigerit, Rex Bohemiæ cum sit Princeps coronatus & un-
ctus &c.* Qua in re etiam omnes Politici & Juris publici Doctores
consentiunt vid. Limneus ad Auream Bullam Observ. II. c. IV. §. 1.
& locum illum incorrupte tenet, quod colligere licet ex Speculo
Speideli sub lit. P. n. 84. p. 1009. ap. Limn. loc. cit. ibi enim darbey
einen Röntz zu Böhmen/ in Actibus, wo derselbige in Collegio Ele-
ctorali, oder sonst in eigener Person mit den Herren Chur-Fürsten

concurrirt, an seinem in der güldnen Bull. und dem herkommen fundirten Jure sessionis & loci, auch den Herren Chur-Fürsten sambt und sonders quoad directorium, ordinem votorum, & laterum, hierdurch nichts benommen / sondern per expressum vorbehalten seyn.

NUMER. V.

Quæ cum ita sint, an Rex Bohemæ Majestatem veram (a) habeat non immerito quæri posset? Difficilis decisu quæstio, imprimis hodiè, ubi & Imperatorium decus & Regni Bohemici Diadema unum eundemq; ornant Principem. Nos quoq; eadem super sedemus ad aliud forum pertinente, cum Politicorum sit hac de re disputare.

(a) **Q**uæstio de Rege Bohemæ num veram habeat Majestatem adeo est intricata, ut vel subtilissimorum acutissimorumq; ingeniorum exercent aciem. Sunt qui negativam, sunt qui affirmativam sententiam amplectantur. Hic autem sciendum, & in antecessum quasi monendum venit, omnibus Electoribus tribui Regiam quandam dignitatem, & ipsis Regibus æquiparari, ut supra docuimus, & adeo quidem ut eorum dignitas ab Imperatoria Majestate dependeat, cumq; ea quasi cohæreat, fatente Rudolpho II. Imperatore hisce verbis: *Daß der Chur-Fürsten Hoheit und autorität mit eines Römischen Käyfers Gewalt und Hoheit / daher sie auch fleust / dermassen verbunden / daß ein ohne die andere nicht verschmälet werden / auch ohne die ander nicht bestehen kan.* apud Arum. ad cap. 6. A. B. p. 193. Deinde vulgo quoq; dicitur quemlibet Principem in suo territorio esse Imperatorem, & tantum posse quantum Imperator in universo Imperio. Ex quo dicto facile quis argumentari posset. *Si unusquisq; Princeps in suo territorio est Imperator,*

perator, & tantum in illo potest, quantum Imperator in Imperio, sequitur quod etiam eadem fulgeat in suo territorio Majestate, quali Imperator in Imperio splendet: Ubi tamen reponendum, hoc axioma cum mica salis accipiendum esse. Distingvendum enim primo inter id quod fit *απὸ λῶς & χτ' τὴ*, valet de posteriori. Secundo inter similitudinem & identitatem, valet de priori. Tertio distingvo: inter Jurisdictionem ordinariam, & extraordinariam, valet de priori, posterior est solius Imperatoris. Quarto distingvo: inter Jura territorialia, & Imperialia, valet de priori. Legatur Besoldus lib. 1. polit. c. 4. n. ult. & prolixè declarat Reinking. de R. S. & Eccles. lib. 1. class. 5. Habent deinde Electores multa jura quæ Majestatem post se trahunt, ut facultatem leges condendi, de qua Bodinus 1. de Republ. c. 10. p. 240. & Reinking. qvi lib. 1. class. 2. c. 2. sub num. 15 dicit: *Leges & Statuta condere summæ Majestatis esse Symbolum.* Quod autem Principibus & aliis Imperii Statibus integrum sit leges & jura Provincialia promulgare, contrarias abrogare, & jura communia, inconsulto Imperatore, ex parte, tollere, testis est Andreas Knichen in tract. de jure territor. cap. 1. num. 179. Schrad. de feud. p. 2 non part. princip. sect. 19. num. 36. & seq. Habent deniq; Jura Belli. Iis enim ex antiquissimo libertatis & novissimo Imperii jure concessum est, ut possint cogere militem in propriam & aliorum salutem secundum constitutionem Imperii præscriptam R. A. zu Speyer Anno 1526. §. Darauff & passim in Recess. de Anno 1548. de Anno 1555. de Anno 1564. de Anno 1566. de Anno 1520. Wahrenund ab Ehrenberg, de foed. lib. 1. c. 2. n. 56. Anton. Fab. in consult. de Ducat. Montis fer. pro Duce Sabaudia par. 1. pag. 241. Habent jus fabricandi & parandi tormenta bellica *Geschütz/ Artilleren und Munition* R. A. de Anno 1535. §. *Und demnach ein Kriegs-Volk zu Ruff Reichs-Abschied zu Speyer de Anno 1570. §. Sinte-mahl aus hochbewegenden.* Habent jus armandiæ & Armamentaria Zeug und Rüsthäuser/ habendi: Jus muniendi arces & extruendi fortalitia Festungen und Pasteyen zu bauen/ quod ipsum Majestatis particulam asserit Arnif: de jure Majest. lib. 1. c. 5. num. 8. & ad Regalia pertinere docet Andr: Knichen de Jure territ. 3. num. 239. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 1. num. 15. Multa quoq; alia Majestatis jura Electoribus competentia legi possunt ap: Reinking. dict.

Voc. lib. 1. class. 2. Ex his ita prædictis colligitur, si aliis Electoribus, ex multis juribus Majestatem post se trahentibus competat Majestas aliqua, Regi Bohemiarum quoque; attribuendam eam esse, cum sit Elector. An vero ei vera Majestas, & ut à Politicis definitur, adscribenda, de eo gravior controversia est. Requiritur enim ad Majestatem genuinam Superioritas, Supremitas, absoluta Potestas, Plenitudo potestatis, Potestas infinita, Potestas summa sive maxima, absoluta Jurisdictio, annotante Bornitio. de Jure. Majest. c. 1. & 2. & Joh. Stuk Resp. Joh: Cuder: disput: inaugu: de Majestate §. 9. Et si ita Majestatem describimus atque; definimus, tum Majestatis titulo vix ornanda videtur Potestas Regis Bohemiarum. Maxime autem de hac controversia inter se certant Arum; de Comit: Imperii cap. 3. n. 47. & Goldastus de Bohem; lib. 3. cap. 13. Quorum prior negativam, posterior vero affirmativam defendit sententiam. Imprimis Goldastus ad corroborandam suam opinionem, multa argumenta in medium profert. Dicit enim primo, Majestatem à majori potestate deduci, quæ à Jure consultis quoque; tribuitur majorum Magistratum dignitati, ut in L. pen. ff. de J. & J. & L. 1. ff. de Jurisdict: Neque; aliud quid esse Majestatem, quam summam potestatem, quam ipsam Regem Bohemiarum obtinere, probat autoritate Lansii disput. de leg. Reg. concl. 55. Busii ad L. 1. in pr. ff. de Offic: ejus cui mandata est Jurisdict: Hafmanni in resolut: de remonet: re: 7. Secundo: Regis Bohemiarum in possessione Majestatis continua non duntaxat centum annorum sed aliquot seculorum præscriptione munita reperiri, ex eo probat Goldastus, quod Ottocaro Regiam dignitatem contulerit Philippus Cæsar, eamque; confirmaverit Fridericus II. Imperator. Tertio provocat ad diplomata, quibus Reges Bohemiarum Majestatem sibi optimo jure arrogaverunt, ut Wenceslaus Rex in diplomate de Anno 1276. *Majestatis nostre laudes attolimus, ex eod. Pont. dict. lib. 8. Johannes Rex Bohemiarum & Poloniae de Anno 1326. Ut Ecclesie quas nostre ambit Majestatis Dominium &c. Vladislaus Alberti II. Imperatoris filius sub dato Vienna 1457. Ladislaus Rex Ungarie & Bohemie &c: norum facimus universis Majestatem nostram desiderare.* Et Georgius Rex Pragæ de Anno 1459. *Nostræ Majestati ex parte venerabilis, Wenceslai ex Pontan. dict. lib. 5.* Quarto demum suam sententiam fulcire conatur formula Cancellariæ Cæsariæ ex Europæo illo Germaniæ Hun-

Hungariæ & Bohemiæ trinubio nata. Die Römische Kaysertliche
auch zu Hungarn und Bohem. Königl.che Majestät. Qualis
etiam formula in concessione gratiarum ac privilegiorum solet u-
surpari aus Römischer Kaysertlicher/ auch Hungarischer und Bo-
hömischer Königl.chen Macht und Vollkommenheit. Ex quibus
apparere ait Goldastus loco citato. Eandem Majestatem Regi
Bohemiæ competere, quam vel Catholicus Hispania, vel Christianis-
simus Gallie, vel alius quis in orbe Christiano Rex habet, licet in-
feriorem Papali & Imperiali & dict. lib. 3. cap. 13. n. 7. At vero quasi
injuriam Imperatoris Goldastum Regi Bohemiæ Majestatem tribuere
ait Dominicus Arumæus supra citato loco cap. nimirum 3. n. 47.
Propterea quod una & sola fit Imperatoris Majestas in Imperio,
adeoq; & in Bohemia Imperii membro, ipsomet Goldasto fatente
dict. cap. num. 6. vers. *Sed homines imperiti non vident, id fieri respe-
ctu Imperatoris Majestatis, quæ consortem suæ supremitatis in Impe-
rio Christiano non patitur* &c: Est hquidem Majestas Imperatoria
summa in Imperio, cujus intuitu Regi Bohemiæ in Recessibus Im-
perii non Regia Majestas, sed dignitas saltem, Königl.che Würde
tribuitur ut in Recess. Ratisbonens. de Anno 1471. §. 46. §. 54. &
§. 55. Recess. Spirens. Anno 1526. §. *Wetter als Königl.che Würde &*
*Recess. Ratisbon. Anno 1527. §. und als die vers. von wegen Kö-
nigl.cher Würde zu Bohem und Ungarn & §. Des andern Arti-
cels vers. die verordnete Königl.che Würde trugen gutt wissen.*
Christoph. Besold. in dissert. de Majest. sect. 1. cap. 4. n. 8. Reink. lib.
1. cl. 3. cap. 11. n. 13. Et hæc sunt argumenta Goldasti & Arumæi
pro fulcienda sua opinione in medium prolata, quæ cum accurate
ponderantur facile conciliari possunt. Si modo lusum vocabuli
Majestatis tollamus & diversitatem significationum perpendamus
ne in describenda Majestate umbram pro corpore arripiamus, quod
fecerunt Petrus Gregorius Tolosanus 8. de Republ. cap. 3. §. 2.
Lipfius 2. pol. c. 16. Sumitur vero vox hæc ex communi sermonis u-
su (ut alias significationes hic prætereamus) potissimum duplici-
ter. (1) Pro summa potestate. (2) Pro summo Honore Arniseus de
Jure Majest. l. 1. cap. 1. n. 1. & 8. & ut Carpzov. de Leg. Reg. Germ. cap.
3. sect. 5. n. 19. dicit Vocabulum Majestatis sumi vel in larga noti-
one pro honore & dignitate Regia per L. pen. ff. de J. & J. & L. si fa-
miliæ

milia ff de Jurisdic. vel strictè ac proprie pro absoluta & summa potestate in Imperio. Si itaq; priorem definitionem inspiciamus, tunc Goldasto sana ratione adherere possumus, quod nempe Rex Bohemiae habeat Majestatem. Si verò posteriorem attendamus, tunc bene cum Arumæo statuendum, Regem Bohemiae non habere Majestatem. Habet autem plenariam potestatem non summam. Nam summa potestas dicitur illa, quæ supra se nullam habeat, seu quæ neminem nisi Deum agnoscat in hac terra superiorem. Quis enim tantæ autoritatis, ut nolentem Principem possit coarctare. Nov. 32. cap. 2. Sed ut dixi, de hac controversia abstinemus. Obiter tamen adhuc quædam de Arumæi monenda sententia, dicentis, quod qui statuat Majestatem Regis Bohemiae habere, illam Imperatori injuriam facere. Ibi ei objici poterit, licet Regi Bohemiae attribuat Majestas, non statim sequi Majestatem Imperatoriam læsam esse; Nam est Majestas in suo Regno, non in Imperio. Deinde non absurdum est, in Imperio duas esse Majestates, nam vivente adhuc Imperatore, eligitur Rex Romanorum, qui æquè ut Imperator habet Majestatem. Quod Reinking. 1. class. 3. cap. 14. num. 64. & seq. tradit, inquit, Regis Romani Majestatem non diversam, sed eandem numero esse, cum ipsius Imperatoris Majestate, cujus Exercitium præsentem, aut non impedito Imperatore, suspendatur saltim, non vero jus Majestatis auferatur. Unde videtur locutionem Arumæi non adeò accuratam esse, quando nempe injuriam Imperatori fieri dicit. Stat itaq; firmum, Regem Bohemiae habere Majestatem, licet superioritati Imperatoris subjectus, Elector Imperii & Pincerna hæreditarius sit: licet Vasallus Imperii, Par curiæ, Homagio obnoxius crimen læsæ Majestatis in Imperatorem committere atq; in Camera conveniri possit. Nam hæc omnia ei quatenus est Elector, non quatenus est Rex Bohemiae competunt. Et videtur absurdum esse, Regem considerare, qui non Majestate radiet, licet non summa & absoluta, tamen restricta. Accedit quod Imperio nostro & Imperatori splendorem conciliet ingentem, Majestatem esse & sub se alias Majestates habere. Quare Rex Bohemiae quoq; in Imperio consideratur ut, habens Majestatem non in sensu absoluto, sed in sensu accommodo, non ut summa, sed ut plenaria potestas est, dependenter scilicet non indepen-

pendenter quod & Goldastus accuratè exprimit, cum lib. 3. de Regno Bohemiæ c. 13. n. 4. Mentem suam explicat, cujus clarissima verba ita sonant: *Majestatem nos in larga & vulgata notione intelligimus, & Regi Bohemiæ competere asserimus, & n. 7. Ceteris autem Regibus Majestas tribuitur vel communicativè vel καθόμωυμικαυ, hoc est improprie & abusive. Eandem habet Rex Bohemiæ.*

NUMER. VI.

Gravior quondam controversia Austriis cum Bohemis intercedebat de successione, quam illi sue familie ex hereditate deberi contendebant, hi vero Electionis gratia Regni Bohemici diadema largitum fuisse Regibus suis pugnabant. Lis quæ atramento decidi nequiverat, ut sanguine ageretur, mota, Victoriosis D. Ferdinandi II. armis Austriorum Jura stabilientibus, finem accepit.

Controversia hæc Austriorum cum Bohemis de successione magni momenti est, quod & Melchior Goldastus ab Heimsfeld in Præfatione der zwey rechtlichen Bedencken von der Succession und Erbfolge des Königlichten Geschlechts und Stammes in beyden Königreichen Hungarn und Böhheim betreffende expresse fatetur. De qua controversia prolixius agere nostrum quidem jam non erit, cum victoriosa invictissimi Ferdinandi II. Imperatoris arma jura Austriis nempe competere, stabiliverint & asseruerint. Manifestum ergo est Regnum Bohemiæ hodie merum Regnum esse successivum & hæreditarium. vid. Pacif. Osnabr. art. IV. §. de cætero. Quamquam Paulus Stransky in suo tract. de Republ. Bohem. cap. V. tanquam pro aris & focis defendere laboret, Bohemiæ Regnum esse Electitium, & ad defendendam suam opinionem de Ferdinando I. ita disserit. *Etenim Ferdinandum I. quamvis initio, mere*

privata, quæq; nec Comitiorum decreto, nec sigillo Regni publico vim legis unquam accepit Vladislai socii, de Anna uxore dispositione Anno 1510. seductus, postulaverat per Legatos, ut cum uxore Regni herede naturali, Rex in dotale Regnum, vi factæ à Vladislao transactionis assumeretur, cum tamen nihil suæ prætensionis isti ab Ordinibus deferri intellexisset, & aliquanto tamen post, ex renunciato ad se Electionis decreto, melius comperisset, Regem se oportuisse declarari, non hereditarii juris cujusquam necessitate vel prerogativa verum suffragiis populi liberi liberis, ratum id habuisse totum, & comprehensivè literis Recognitione, publicè esse professum, quod Barones, Nobiles & etiam Civitates & tota communitas Regni Bohemiæ, ex sua libera & bona voluntate, juxta libertates illius Regni elegerint se in Regem Bohemiæ, non ex aliquo debito. Sed sciat Stansky licet hoc Ferdinandus per Legatos Anno 1526. ad Bojemos missos fecerit, eum tamen juri suo minime renunciassè. Fuerunt enim tantum verba Lenocinantia, quibus fundamentum posuit, ut posito hoc, eo melius jus suum persequi posset. Et quamvis Stansky iterum paulo post hæc verba addat: *At verò confirmatum tandem in Regno, malis hominum turbulentorum proditorumq; patriæ nonnullorum consiliis esse usum, qui libertati Bojemorum in occulto invidebant, viasq; ejus quoquo pacto opprimende circumspiciebant.* Attamen ipsum fugere non debuit cedendum aliquando pertinaciæ renitentium, atq; jura dissimulanda, usq; dum possessio firma stabilita sit. Quare homines ejus modi consilia præbentes, non culpandi, sed potius laudandi sunt cum optime cognitum habuerint, Regnum Ferdinando I. Jure hereditario & successione non jure votivo & Electio competere. Accedit quod Carolus IV. Imperator & Bohemiæ Rex in Bulla sua Aurea tit. 7. in fin. postquam ordinem succedendi in Regno Bohemiæ secundum sanguinis jus & ætatis prerogativam disposuisset, in hunc modum sanciverit. *Si vero aliquem ex hujusmodi Principibus ipsorum (sc. Electorum) Imperio sacro vacare contingeret, tunc Imperator seu Rex Romanorum, qui eo tempore fuerit, de ipso providere debet & poterit, tanquam de re ad se & Imperium legitime devoluta.* Salvis tamen semper privilegiis, juribus & consuetudinibus Regni nostri Bohemiæ super electione Regis, in casu vacationis per regnicolas, qui jus habent eligendi Regem Bohemiæ, facienda, juxta
conti-

continentiam eorumdem privilegiorum, & observatam consuetudinem diuturnam, à Divis Romanorum Imperatoribus sive Regibus obtentorū quibus ex hujusmodi sanctione Imperiali in nullo præjudicare volumus; imo ipsa decernimus nunc & perpetuis futuris temporibus in omni suo tenore & forma, iudubium tenere roboris firmitatem. Ex quibus Auræ Bullæ citatis verbis satis apparet, Electionem tantummodo locum habere in casu vacationis, uti sentire quoque videtur Arumæus ad Auræam Bullam discursu 4. conclus. 18. & Besoldus in discurs. polit. 5. de Statu Reipubl. subalt. cap. 7. n. 10. At vacare Regnum Bohemiæ non intelligitur, quamdiu aliquis superat è Regis sanguine, ut habet præcedens dispositio, quam suo loco protulimus, inquit Goldastus de R. Boh. c. 21. p. 745. Nempe clarius atque lucidius elucescit ex ejusdem Imperatoris Bulla præcedentia, quam ad preces Ordinum Bohemiæ, Moraviæ, Silesiæ & Lusatia dedit Anno 1348 in qua hisce significantibus, expressis & notabilibus verbis decernit: *Electionem Regis Bohemiæ in casu duntaxat & eventu, quibus de Genealogia progenie vel semine, aut Prosapia Regali Bohemiæ masculus vel fœmella superstes Legitimus nullus fuerit oriundus, ad Prelatos, Duces, Principes, Barones, Nobiles, & communitatem Regni præfati & pertinentiarum ejusdem, rite justè, & legitime pertinere.* Videatur quoque Ferdinandi I. Recognitio ab ipso Stranskio p. 192. citata, in quâ hæc extant verba: *Ideoq; Regnum ipsum Bojemie, quam diu supersunt, ex Regio sanguine sive Masculi, sive fœmine, non pertinere ad Electionem Statuum, sed cadere in superstites Regii sanguinis personas. Status præterea ipsos recognovisse, quod Regnum id non per Electionem, sed per legitimam hæreditatem, & successionem ad Annam Reginam & Dominam transierit.* Inveniuntur quoque multa alia exempla & testimonia; quibus demonstrari potest, Bohemiæ Regnum esse hæreditarium. Nam cum Bojemorum Legati ad Jagellonem venirent, & ei Regnum offerrent, respondit illis, scire se, Bojemiam Wenceslai Regnum, hæreditario Jure ad Sigismundum pertinere. Et cum attentatæ recens Electionis Bojemicæ acceptionem Friderico agnato Maximilianus Bavarus dissuaderet, prudenter monuit, quod tametsi Ordd. Boj. suo modo habeant Reges eligendi potestatem; Electionem tamen istam esse quadamtenus hæreditariam, & ad hæredes alligatam. Quæ

omnia cum istis, quæ supra ex Aurea Bulla citavimus, conveniunt, ubi Bohemis expressè Privilegium de novo eligendo Rege, certis circumstantiis & conditionibus indultum est, ita ut contra illud peccantes crimen aliquod Læsæ Majestatis committant. Controversia hæc, ut dixi supra, scriptis publicis ventilata quondam est, ad quæ remittimus harum rerum curiosos, quibus in jam decisa ulterius inquirere lubet. Conferatur Streinius Baro Maximiliani II. Rudolphi II. & Matthiæ Imp. Consil. apud Goldast. Von der Succession und Erbfolge des Königl. Geschlechts in Hungarn und Böhemb. p. 72. pro Austriis: Joachimus Andreas Slickius Comes pro Bohemis apud Eundem p. 98.

NUMER. VII.

De annexis Regno Bohemæ Provinciis, ut aliquid addamus paucissimis, æquum est. Sunt hæc Moravia (a) Silesia (b) Lusatiaq; (c) ex quibus posterior Marchionatus Saxonie Ducibus Albertinæ prosapie collatus (d) tanquam Regis Bohemæ beneficium possidetur.

OMittimus merito hic descriptionem harum Regionum, ea enim Geographis est commissa: pergimus potius ad recensendum, quæ ratione hæc Provinciæ Bohemice ditionis factæ sint.

(a) Moraviam sedem illam antiquissimam Marcomannorum, à Slavis post inhabitatâ, haud secus atq; Bohemiam à Caroli Magni tempore subjectam fuisse Imperio Germanico usq; adeo certum, ut nihil quicquam afferri queat solidi, quo destruatür assertum, id quod operose admodum evincit Goldastus lib. 1. de Reg. Bohem. c. 11. addatur & lib. 3. c. 7. & 9. ubi deducit rebelliones Moravorum ab Imperio Teutonico. Hermannus Conringius de Finibus Imp. Germ. cap. 28. Post ab Ungaris atq; Polonis occupatam dicit. Ea vero seculo XI. à Polonis Bohemæ iterum vindicata describitur à Goldasto lib. 2. c. 8. Conring. loc. cit. Siquidem Henricus

IV.

M. LXXXVI, in comitiis Moguntinis Regno Bohemiae Moraviam
inferuit, & ut loquuntur, incorporavit, apud. Gold. lib. 2. c. 8.

(b) Silesia Polonici quondam juris fuit, ejusque Principes
Polonico sanguine Piaſtao orti, id quod ex historicis certissimum
est, neque ulla indiget proluxa explicatione. Num Germanico Im-
perio juris aliquid fuerit in eam, quaeri potest. Si in Poloniam ju-
ra sua Imperium Teutonicum probaverit, lis decisa erit, & pro
Germanis militabit sententia. Totus in ea est Conringius de fini-
bus Imp. Germ. c. 18. Enim vero adversantes habet omnes, qui
historiam Polonicam pertexuerunt. Magno numero Conringio
autores citat pro sua facientes sententia, quorum fidem indubi-
tum vix vocare licet. Nec ambiguum, comiter observatam fuisse
a Polonis Germaniam, & tributa accepisse, sed num ex inde colli-
gi possit, Poloniae Reges Vasallos fuisse Germaniae Regum, &
jus habuisse in eos, controvertitur. Sic Germania Ungarorum
dicenda feudum, de qua constat tributum ipsis solvisse Ludovici
atque Arnolphi tempore v. Peuc. chron. charion. l. 4. Narrantur
bella, quibus Germani Polonos debellarunt, libertati suae tena-
cissimos, nec dissimulandae clades, quos Poloni Germanis quoque
intulerunt, quorum meminerunt Polonici scriptores. Nam quae
Polonis in favorem nationis suae scribentibus objici possent, ea a
Polonis in Germanorum sinum quoque refunduntur. Admittimus
vero, Polonos Imperium Germanicum aliquando coluisse, attra-
men post Fridrici secundi tempora reverentia illa cessavit, & Re-
gio nomine insignis Premislaus pleno jure Polonis imperavit. Jam
ad Silesiam quod attinet, separata a Polonia Provincia, suique juris
esse coepit, quando Vladislai secundi in exilium acti filii in
tres partes distributa, tributa est, quo de Silesiae scriptores vide-
antur, imprimis Curai illius continuator Schlegelius lib. 1. c. 19. & lib.
II. c. II. Horum posteritas in plures ramos divisa territoria seu
Principatus diversos constituit, quibus summa cum potestate praes-
fuit. licet enim hi Silesiae Principes Poloniae Principem tanquam
dignitate praecipuum honorarent, qui ex ipsorum familia erat,
nullam tamen ejus superioritatem agnoverunt, usque dum superi-
oris Silesiae Principes, jam Wenceslai Ottocari tempore, reliqui
vero sub Johanne Lucenburgio, sua sponte, non vi coacti, suosque

Principatus Regi Bohemiae subjicerent, ejusque clientelae submitterent, sua tamen jura territorialia sibi reservantes: vid. Schikfufius lib. 1. c. 28. 29. lib. 2. c. 1. lib. 3. c. 18. Id quod Principes & Ordines Silesiorum in Recessu comitiorum illustrium de Ao. 1541. testantur hisce verbis: *Weil die Schlesier seine Königliche Majestät aus guten freien Willen zu Ihrem Könige und ErbHerrn angenommen/ auch disß Land und Ihre sonderliche Fürstenthümer durch sonderliche und gutwillige verträge der Kron zu Bohelm Glid worden/ und sich dazu verleiben lassen.* Hinc rectissime Oldenburger part. 4. thesaur. tit. 4. Silesiam appendicem Bohemici Regni & quasi foederatam Regionem vocat. Allegat Goldastus in *Weylagen* Diploma aliquod Rudolphi Habsburgici, quo pactum haereditarium Henrici Ducis Vratislaviensis cum Wenceslao Ottocato initum confirmat, eiq; innititur Conringius loco citato, ad apographa provocans, cum avtographa non ad manus sint, refutans quae illa Stranki, quae capite septimo Reip. Boh. habet. Equidem diplomatum Caesareorum autoritatem in dubium vocare non ausim, nec fidem allegantium. Enim vero num jure praetensionem Imperatores Germanici sibi sumere potuerint, id non adeo apertum est, cum constet Silesios Principes sui juris fuisse, nec ullum unquam beneficium a Germanico Imperio possidendum accepisse, cur subjecti sint ei. Id itaque certissimum, cum nullum in se Silesii jus Germanorum agnoverint, sua sponte subjecisse, & Ducatus suos Bohemiae Regibus in clientelam obtulisse. Quid quod & transigendum fuit Carolo quarto cum Casimiro Magno Polonorum Regi, ut renunciaret omni praetensioni in Silesiam, quam ut Princeps Piaستي sangvinis habere posset, ceu notatum est ex scriptoribus nostris. Obiter de Principibus, qui in Silesia sunt, quaesitum fuit, num Imperii Principum veniant nomine. Ubi quidem quaestio non est de familiis, quae originem trahunt ex Imperii Principibus, quales una cum Brandenburgica Domo, ad quam hodie Ducatus Crasnensis, olim & Carnoviensis, spectabat, Serenissimi Olsnenses Duces ex Wirtenbergica familia oriundi, qui in locum Munsterbergensium, a quibus materno sanguine descendunt, Imperii Principum nomine in signium, (vid. Schikfufius l. 2. c. 30.) successere. Hi quidem origine sunt

Principi-

Princ
falli &
fia.
primu
tus ob
lati,
extinct
pis, me
Germa
Imperi
pum In
c. 1. H
annexa
ticis, r
audear
tatis po
torum
positum
lomis
ulatur
nni fel
iri, hi
quod re
nundo
uerit D
vae pro
erum l
unqua
ontrad
efricar
cesarib
propo
(c)
ape inf
entalis
ero Ma
Princi-

Principes imperii Germanici: at si territoria ipsorum spectes, Vassalli & Subditi sunt Regis Bohemiae, tanquam Magni Ducis Silesiae. Quæstio itaq; potius est de iis Principibus, qui vel in Silesia primum facti sunt Duces, & beneficio Regis Bohemiae Principatus obtinuerunt, vel ex antiquissimo stemmate illustri Silesio prolati, quales nuper fuere Celsissimi Lignicio-Bregani Duces, nunc extincti. Illis quidem non invidendus est titulus Imperii Principis, mediata intellecta subjectione, quia mediante Regno Bohemiae Germanico Imperio sunt subditi. Prouti verò Principis sive status Imperii acceptio sese habet, ut supra notavimus, utiq; ad Principum Imperii catalogum accenseri nequeunt vid. Schizfuss. lib. 2. c. 1. Hæc paucis edisseruisse sufficiat de Silesia Regno Bohemiae annexâ, Patria meâ dulcissima, innixo monumentis Patriæ historicis, non quod summis illis viris Goldasto & Conringio obloqui audeam, quorum veneror authoritatem, sed quod aliquid iniquitatis post se trahere videatur, in propria causa ad Germanorum scriptorum provocare testimonia. Extra controversiam tamen nunc est positum; uti Bohemiam, ita Silesiam quoq; Serenissimæ Austriæ domus speculum, adeoq; Juris Germanici esse, quo nomine gratulatur sibi potius, quam ut fateri erubescat subjectionem suam, omnium felicitate atq; affluentia beatam. pace tamen Goldasti, Magni viri, hic præterire nequeo, pietate quam patriæ debeo, stimulatus, quod rebellionis stigma Silesis inurere non erubuerit, quia Sigismundo, Alberto II. & Ferdinando I. reluctati fuerint, necessumq; fuerit Divis istis Principibus armis eos perdomare. Videre gestio, ad quæ provocat, monumenta. Contrarium potius elucescit, si citemus Silesiarum Bohemicarum scriptores, apud quos in dictos illos, Reges nunquam obsequii negligens legitur Silesia. Quid quod sibi ipsi contradicere videtur. Subjungit enim: quæ nihil attinet, hoc loco effricare, ne videar velle Silesis, Germanico Imperio & Romanis Cæsaribus semper fidis, & conjunctissimis, invidiam conflare, quod proposito meo est alienissimum.

(c) Lusatiae Marchionatus contra Bohemos ab Henrico Augustino institutus est, Peucerus lib. 4. Chron. quæ & olim Marchia Orientalis & Detmaro lib. 5. Marchia citra Albim appellatur. Notat quoque Marchia præfecturam limitum, cum & Militum limitaneorum

94 JK 2124
orum fiat mentio in Jure nostro L. ult. §. ult. C. de O. præf. Prætor. L. ult. C. de Off. Milit. Jud. imo & aliquot ante Justinianum seculis de iis legitur ap. Ælium Spartianum in Pescenn. Nigro. erat autem certus numerus limitum, quos singuli Comites & Duces custodiebant. Id quod postea imitati sunt Franci, & post eos Saxones, cum primis Henricus Auceps qui multas & varias Marchias instituit. vid. Schönb. l. 5. pol. cap. 39. Quomodo Lusatia ad Bohemiam pervenerit, prolixè persequi nolo. vid. Coring. de fin. Imp. Germ. c. 29 & Gold. loc. cit.

(d) Propter sumptus bellicos quos D. Johannes Georgius I. in Ferdinandi II. gratiam impenderat contra Bohemos Rebelles, Lusatia utraq; Domui Electoris Saxonie hæreditario jure donata est, ceu ex tabulis investituræ patet.

F I N I S.




Inches 1 2 3 4 5 6 7 8

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000

Kodak
LICENSED PRODUCT

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



[Faint, mirrored bleed-through text from the reverse side of the page, including the word 'BIBLIOTHECA']

[Handwritten text in a Gothic script, partially obscured by the color calibration strip. Visible words include:]

sim
Ces
me
scen
esse
nes
lan
vin
fec
mi
Vi
qt
sin
bu
au
gr
ri
C
la

